



C. 45.

3.

JO. GOTHOFR. LAKEMACHERI  
GR. ET ORIENT. LINGV. PROF. ORD.

2

# OBSERVATIONES PHILOLOGICÆ

QVIBVS  
VARIA PRÆCIPVE S. CODICIS  
LOCA EX ANTIQUITATIBVS

ILLVSTRANTVR

PARS IX. ET X.

ACCEDVNT INDICES IN PARTES IV.



---

HELMSTADII  
IMPENSIS CHRIST. FRIDER. WEYGANDI  
MDCCXXXIII.

BRUNNEN IN DER STADT  
VON HANNOVER  
VON  
H. L. M. E. VON  
SCHWARTZ  
1776

*VIRO ILLVSTRISSIMO  
ATQVE EXCELLENTISSIMO  
DOMINO  
HIERONYMO  
DE MVNCHHAVSEN  
SERENISS. DVCIS BRVNSVIC.  
ET LVNEBVRGENS.  
MINISTRO PRIMO*

*RELIQVA.*

*VT ET*

VT ET  
VIRO ILLVSTRISSIMO  
ATQVE EXCELLENTISSIMO  
DOMINO  
AVG. ADOLPHO  
DE CRAM  
SERENISS. DVCI BRVNSVIC.  
ET LVNEBVRGENS.  
A CONSILIIS SANCTIORIBVS  
RELIQVA.

22 22

NEC NON

NEC NON  
VIRO ILLVSTRISSIMO  
ATQVE EXCELLENTISSIMO  
DOMINO  
JOANNI HENRICO  
ALEXANDRI  
SERENISS. DVCIS BRVNSVIC.  
ET LVNEBVRGENS.  
CONSILIARIO INTIMO  
RELIQVA  
DOMINIS MEIS PER-CLE-  
MENTIBVS  
MÆCENATIBVS BENIGNISSIMIS  
RERVM OMNIVM PROSPERITATEM  
PRECOR  
JO.GOTHOFR.LAKEMACHER



On veretur  
Musa nostra  
philologica  
VESTRVM  
subire cons-  
pectum, VI-  
RI ILLVSTRISSIMI, post-  
quam experimentis co-  
gnovit certis, vos ipsius  
non minus, quam aliarum,  
pridem suscepisse patroci-  
nium. Quum enim non  
dedecere existimetis per-  
sonas Procerum, ut amœ-  
nioribus etiam litteris de-  
fa-

• 2 ) o ( 20

---

favore suo aliquid tribu-  
ant ; æmulamini feliciter  
gloriam summorum quon-  
dam in républica virorum,  
*Thomæ Mori, Jo. Alberti*  
*Widmanstadii, Nicolai*  
*Claudii Fabricii de Peiresc,*  
*Jo. Baptistæ Colberti, Jo.*  
*Capellani, Ezechielis Span-*  
*bemii, Roberti Harleyi, a-*  
liorumque complurium,  
quibus ad nominis immor-  
talitatem non parum con-  
tulit , quod litteras Latii,  
Græciæ atque Orientis an-  
tiquas in pretio habuere

)( 4 ma-

maximo, foverunt, & qui-  
buscunque potuere rebus  
auxerunt. Est in parvo  
etiam decus: quanquam  
vos, quæ Vestra est lapi-  
entia, parvum non judica-  
tis, sine quo disciplinæ di-  
vinioris ipsiusque religio-  
nis notitia non potest esse  
solida, & unde (quod Ju-  
daicis certe de litteris ex-  
perientia confirmat) civi-  
libus etiam negociis ali-  
quid interdum petendum  
est consilii subsidiique. A-  
gite ergo, MÆCENATES  
SVM-

SVM MI, accipite benevole  
quem demissō cultu offe-  
ro libellum, ex illo quidem  
litterarum genere natūm  
elaboratumque; ac VOBIS  
persuadete, quicquid be-  
neficiorum in philologiæ  
Græcæ atque Orientalis  
studia, aut in me, qui an-  
num nunc nonum in al-  
ma Julia, VESTRO mode-  
ramine beata, publice illa  
profiteor, vel contulisti  
jam, vel posthac contule-  
ritis, illud esse me grato  
semper animo veneratu-  
rum.

rum. Deus vos in summis, quos sub Principe Optimo laudabiliter, maximoque omnium cum applausu, obitis, honoribus, & communi Patriæ saluti, & Musarum tute læ per longam annorum seriem præstet incolumes, prosperisque omnibus jubeat affluere. Valete. Scribebam Helmstädtii ad d.XX. Aprilis,A.

MDCCXXXIII.



PRÆFATIO.  
LECTORI BENEVOLO  
S. P.

**S**tandum fuit promisso,  
quo ante annum rece-  
peram, curaturum me,  
ut parti observationum ba-  
rum septimæ & octavæ mox  
succederent nona atque de-  
cima. Quemadmodum ve-  
ro

22 ) o ( 20

---

ro utramque inter labores  
infinitos alios elaborari o-  
portuit ita veniam datu-  
rum mihi confido Lectorem  
æquum, si quædam forte  
ea, qua decebat, cura minus  
perpolita videantur. Et  
quum his etiam in partibus  
occurrant, quæ, propter  
novitatem, nonnulli forsan  
suspecta sunt habituri; re-  
novandæ mihi hoc loco sunt  
preces, quibus jam tum alias  
(\*) Lectores meos rogavi, ut  
sententiam meam, quam  
nemini obtrudo, ante ne  
condemnent, quam exami-  
na-

---

(\*) In Prefat. P. IV. V. & VI.

natis diligenter rationum  
omnium ponderibus. Equi-  
dem sperno minime opinio-  
nes veteres, si veritati con-  
gruant; sed nunquam ta-  
men operam hanc suscep-  
sem, si illæ tantum fuissent  
recoquendæ. Quid enim  
juvat, quæ dicta sunt sex-  
centies operose repetere?  
Aut nova lux rebus obscu-  
ris afferatur, aut a scripti-  
one omni abstineatur. Tan-  
dem si, telamne hanc conti-  
nuaturus sim, scire forte  
cupis, Lector Benevole, e-  
quidem certi promitto nihil,  
quippe dudum expertus, ac-  
cide.

cidere in vita academica  
sæpiissime, quæ destinata  
obturbent. Hoc tantum  
polliceor, si vitam Deus &  
valetudinis largiatur pro-  
speritatem, otium me meum  
si quod obtigerit, sic esse  
consumturum, ut hujus et-  
iam generis aliquid com-  
menter: quod tamen eâ-  
demne, an immutata pau-  
lulum forma emittendum  
aliquando sit in lucem, non-  
dum est constitutum. Vale  
atque fave.

OB-



## OBSERVATIONVM ELENCHVS.

P. IX.

- I. *De monte Sinai Hierosolymis συσταχθεντι.*  
*Ad Gal. IV, 25.*
- II. *De numero nominis bestiæ apocalypticæ.*  
*Ad Apoc. XIII, 17, 18.*
- III. *De Numine Israelis tutelari. Ad Ps. CXXI.*
- IV. *De elementis mundi. Ad Gal. IV, 3.*
- V. *De Jephtha, verba sua Mitzpæ edifice-  
rente. Ad Jud. XI. II.*
- VI. *De aqua coram Jehova effusa. Ad I. Sam. VII, 6.*
- VII. *De Samuele, Bethele, Gilgale, Mitz-  
pæ & Rama jus dicente. Ad I. Sam. VII,  
16, 17.*

P.X.

P. X.

- I. De barba legatis Davidis abrasa. Ad. 2.  
*Sam. X, 4, 5.*
- II. De spreta aqua Siloæ. Ad *Ez. VIII, 6, 7, 8.*
- III. De Aegypto & Babylonia ab Alexander M. capienda. Ad *Ez. XXIII, 12, 13.*
- IV. De Doëgo concluso coram Jehova. Ad  
*1. Sam. XXI, 8.*
- V. De tempore, quo apocalypsis, ac speciatim illa cap. XVII. Johanni obtigit. Ad  
*Apoc. XVII, 9, 10.*
- VI. De Jehova munus Sauli odoraturo.  
*Ad 1. Sam. XXVI, 19.*
- VII. De monte myrrhae & colle thuris. Ad  
*Cant. IV, 6.*



JO.



JO. GOTHOFR. LAKEMACHERI  
**OBSERVATIONVM**  
PHILOLOGICARVM  
*PARS NONA.*

---

**OBSERVATIO I.**  
**DE MONTE SINAI HIERO-**  
SOLYMIS ΣΤΣΤΟΙΧΟΥΝΤΙ.

*Ad Gal. IV, 25.*

Tὸ γὰρ ἄγαρ, Σινᾶ ὅρος ἐστὶν ἐν τῇ Αραβίᾳ. συ-  
στοιχεῖ δὲ τῇ νῦν Ἱερουσαλήμ, διδλένει δὲ μετὰ τῶν  
τέκνων αὐτῆς.

*Agar enim Sina mons est in Arabia. Re-  
spondet vero ei, quæ nunc est, Hierosolymæ;  
servit autem (hæc) cum filiis suis.*

**CONSPECTVS.**

*Coniecturæ summa: Συστοιχεῖ numeri indicat et  
qualitatem in formulis: Σινᾶ ὅρος ἐν τῇ Αραβίᾳ,  
εἰς ἡ νῦν Ἱερουσαλήμ, si Hebraice convertantur,  
valorque litterarum numeralis spectetur. §. I.  
Paulus ratione, e sensu litterarum sacrarum al-*  
*Pars IX.* A lego-

2 Obs. I. De monte Sinai Hierosolymis

legorico repetita, ostendere voluit, in Judaismo  
meram esse servitutem; in Christianismo contra  
libertatem. Noverat enim illam rationem apud  
Galatarum multos plurimum esse valituram. Alle-  
goriis enim Judæi valde tunc erant dediti. §.II.  
Modi interpretationis allegoricæ, Judeis veteri-  
bus usitatæ, varii, horumque exempla. §.III. Eni-  
met in illis Gematria, sive explicatio vocis vel for-  
mulae ex numeris. Exempla ejus aliqua §. IV. Au-  
toritas Gematriæ apud Judæos summa, adeo ut  
dogmata etiam & ritus nonnullos eidem super-  
struxerint. §.V. Hinc Paulus illam, ad positio-  
nem suam confirmandam, in subsidium adhibere  
non dubitavit: quod quomodo fecerit, ostenditur.  
§.VI. Συστοχεῖ idem hic valet, ac ἰσοψήφος ἐστι,  
ejusdem numeri est, eandem continet summam.  
**ירושלָם חַוִּיא כָּנֵן וְרַב** numerum  
dant eundem, si arithmeticè supputentur litteræ.  
Filii Hierosolymorum civitates sunt Judaicæ;  
servitus non civilis solum est, sed etiam legalis.  
§.VII. Proprie quidem συστοχεῖν verbum est mi-  
litare; hic vero convenientiam notat litteratum,  
quaε σοιχεῖα dicuntur Græcis. §.VIII. Scriptores  
Novi Testamenti a computatione litterarum Ju-  
daica minime abhorre, ex Apoc. XIII, 17. 18. ma-  
nifestum. §.IX. Objectioni occurritur. Sapientia  
est, ea in sermonibus disputationibusque uti argu-  
mentandi ratione, quaε ingenio, captui & opinio-  
ni eorum, cum quibus ipsi agendum, si accommo-  
data. Quod ipse Christus fecit. §.X. Nostra in-  
terpretatione a glossematis suspicione liberari lo-  
cū potest, in quam vel integer, vel ex parte sal-  
tem, a nonnullis, v. c. Bentlejo, Millio & Küstero  
adductus fuit. §.XI. Studium, a Græcis quoque  
exteris τοῖς ἰσοψήφοις impensum, epigrammate  
quodam Leonida declaratur. §.XII. §.I.

## §. I.

**C**Onjecturam proponam, de qua, sitne loco habenda aliquo, an prorsus rejicienda, liberum cuivis esto statuere. Ego illam, licet aliquantum arrideat, mordicus tenere, aut acrius defendere, non sustinebo. Paucis accipe, qualis sit : „Verba Σινά ἥρος ἐν τῇ Αγαθίᾳ, si Hebraice „convertantur, valorque litterarum nume- „nralis spectetur, eundem conficiunt nume- „rum, ac voces ἡ νῦν ἱεροταλῆμα, pariter He- „braice redditæ : voluitque Paullus eam nu- „meri, qua formula una respondet alteri, a- „qualitatem verbo συσταχθεντι exprimere. Re- „spiciendum igitur hic ad certum quoddam „Kabbalæ Judaicæ genus est, quo duæ vel „voces vel phrasæ sic inter se comparantur, „ut potestatis numeralis, qua litteræ possent „Hebraicæ, utrobique habeatur ratio.” Ista nimirum si eadem esse deprehendatur in una, ac in altera, concludere hinc solent Judæi, voce phrasive una mystice significari idem, quod designat altera, sensu suinta proprio.

## §. II.

Postulare hic jure possum, quod & haud ægre dabunt mihi, credo, omnes : Apostolum toto hoc capite id agere, ut doceat, in Judaismo nihil nisi meram esse servitutem; Christianismum contra veram afferre liber-

A 2

tatem.

4 Obs. I. De monte Sinai Hierosolymis

tatem. Mosis legem Dominum esse severum; evangelium vero, seu Christi doctrinam, imperium jugumque ejus sustulisse. Concedi porro & hoc debet, ut Paullum inter cetera, ad ea, quæ dixerat, confirmando, ratione, quæ ex interpretatione historiæ Abrahami, Hagaris & Saræ allegorica repetita est. Ait enim diserte : ἡ τινὰ ἐστιν ἀληγορεύμενα. Hujusmodi, nempe, rationem plurimum valiteturam noverat apud homines, litteris Judæis innutritos, quales Galatarum multi erant, quos & aperte alloquitur apostolus; verbis : Δέγετε μοι οἱ υπὸ νόμου θέλοντες ἔισας, τὸν νόμον γινὲ αἴσθετε; Dicite mihi, qui sub lege esse vultis, carimonias ritusque, Mosis lege injunctos, in Christianismo etiam, sicuti antea in Judaismo, observandos vobis necessario esse existimatis, legemne non auditis, seu intelligitis? An ignotus vobis est sensus historiæ sacræ, in pentateucho perscriptæ, arcanus? Exspectari scilicet notitia ista jure poterat ab hominibus, quibus interpretatio librorum sacrorum allegorica longe erat familiarissima. Hæc enim illa ætate adeo invaluerat apud Judæos, ut fons esset fere unicus, ex quo vel novis scitis decretisque auctoritas & præsidium peteretur, vel antiquis firmamentum. Quicquid docebatur, approbatione carere non poterat, si ex oraculi alicujus divini, vel & ex historiæ cuiusdam sacræ expositione allego-

legorica (שָׁרֶת) posset demonstrari. Sensum, quem vocamus, litteralem parum tunc curabant interpres Judaici, eratque hujus studium prorsus propemodum desertum. Sunt documento libri illi, quos Philo condidit, Iudaëus Alexandrinus doctissimus eloquentissimusque: sunt Josephi scripta: sunt tabulæ Talmudicæ: sunt denique monumenta Iudaeorum vetusta alia; e. c. *Sohar*, *Midrashim*, *Rabboth*. Qui libri licet ea, quæ vulgo jactatur, antiquitate esse non videantur; Doctorum tamen antiquissimorum sententias nobis exhibent, atque interpretamenta. Itaque adeo frequens inter Iudaeos cum esset allegoriæ studium, poterat sane Paullus allegoriam, quam affert, memorare Galatis, tanquam non ignotam ipsis, vel certe ut talem, quam haud ægre essent admissuri.

### §. III.

Jam modus allegoriæ non unus erat, sed varius. Modo enim ad res naturales, modo ad morum disciplinam cujuscunque naturæ effata divina referebantur; modo ex litterarum, quibus vox aliqua constaret, numero; modo ex vocibus sive aliter lectis, sive divisis, aut alia ratione habitis consideratisque, imo & singularibus e litteris, sensa arcaña exstribebantur: ac, summatim ut dicam, philosophiæ Pythagoricæ & Platonicae, Ju-

A 3 dæo-

6 Obs. I. De monte Sinai Hierosolymis

dorum a gente sub imperio Græco adop-  
tatae, decreta ad quævis ferme oracula divi-  
na applicabantur. Sic e. c. PHILo Judæus  
a) illud Mosis præceptum, quo ad suffitum  
sacrum conficiendum quatuor hasce adhibe-  
ri jubet species, contusas & commixtas in-  
vicem : *staeten*, b) *unguem aromaticum, gal-*  
*banum aromaticum & thus purum*, partim  
ad physica trahit, partim ad moralia. „Op-  
„nor, inquit, has quatuor species, ex quibus  
„suffitus componitur, figuram (*σύμβολον*)  
„esse elementorum, ex quibus constat mun-  
„dus hic universus. nam per staeten aquam,  
„per onychen terram, per galbanum aërem,  
„per thus pellucidum ignem significat. Si-  
„quidem staete, a stillando dicta, est liquida,  
„Onyx terrestris & aridus, galbanum suaveo-  
„lens (*ηδυσμός*) cognominatur, ad significa-  
„dum aërem. Odor enim locum habet in  
„aëre. Thuri quoque perlucidi (*διαφανεῖ*).  
„Sic reddidere LXX. Hebr. *πτι*, quod *purum*  
„proprie sonat cognomen additur, ut ignem  
„subindicit. Ideo gravia separavit a levibus,  
„altera per copulativam conjunctionem u-  
„niens, altera disjunctim proferens, dicen-  
„do : *Sume tibi odoramenta, staeten, ony-*  
„*chen* : hæc disjunctim significativa gravi-  
„um,

- 
- a) Libro, *quis rerum divinarum hæres sit* p. m. 397.  
b) *πτι*, quain tamen vocem de *xylabalsamo* intelli-  
gunt alii.

„um, aquæ terræque. Deinde incipiens de-  
 „nuo per copulam, & galbanum suaveolens  
 „& thus perlucidum, quæ jam levem aërem  
 „& ignem significant. Temperaturam au-  
 „tem ex his compositam antiquissimum per-  
 „fectissimumque opus, vere sanctum, dici-  
 „mus hunc mundum, qui per figuram (σύμ-  
 „βολον) suffitus admonetur, ut agat suo crea-  
 „tori, Deo, gratias, ut verbo quidem un-  
 „guentaria compositio adoleatur, sed revera  
 „totus mundus, per Dei sapientiam fabricatus,  
 „mane ac vespere accensus exhalet vaporem  
 „suaveolentissimum. Hæc enim vita decet  
 „mundum, ut parenti suo factorique indefi-  
 „nenter agat gratias, tantum non evaporans,  
 „& in elementa resolvens se ipsum, ut decla-  
 „ret, se nihil sibi recondere, sed totum se  
 „ipsum offerre creatori, ac dedicare. Nec  
 aliam in interpretando rationem fecutum  
 esse JOSEPHVM, passim ex operibus ejus  
 appareat. Itav. c. in tota tabernaculi Mosaici  
 fabrica, ejusdemque supellectili, rerum na-  
 turalium ille quærit symbola. Etenim ady-  
 tum tabernaculi cœlum repræsentasse ait, c)  
 sacrarium vero mare atque terram. Duo-  
 decim panes, mensæ impositos, mensæ deno-  
 tassee, quibus annus absolvatur. Candelabri  
 lucernas septem, totidem planetas : partes  
 candelabri septuaginta (tot scilicet ille nume-

A 4

rat,

c) *Antiqu. Jud. I. III. c. VII. §. 7. edit. Haverc.*

8 Obs. I. De monte Sinai Hierosolymis

rat, ornamenta candelabri singula, videlicet scyphos, mala atque flores, pro singulis ejus habens partibus) tot sedes innuisse Decanorum: d) Colorem in velis tabernaculi quadruplicem, quatuor retulisse elementa. Nam byssum designasse terram, purpuram mare, hyacinthum aërem, coccum vero ignem. Porro mala Punica in pallio Pontificis, (**מעלִי**) fulgura; tintinnabulorum vero, eidem tunicæ appensorum, sonitum tonitrua significasse. Nec dubium est, quin expositiones hisce similes illo in opere congesturus fuisset Josephus, quod de legum, eorumque omnium, quæ scripsit Moses, rationibus se moliri professus est e). Annon enim subtilitatem id sapit allegoricam, & περιεγίαν quandam Platonicam, quando eodem in opere explicaturum se pollicetur, quare Moses diem primam non πέρτην dixerit, ראיין, sed μίαν ? Sensum enim litteralem sequif voluisset, suffecisset ei dicere, eandem vocem in lingua Hebraica & unum significare & primum. Talmud incredibile dictu est, expositionibus allegoricis quantopere abundet, utramvis species partem, five Mischnam

five

- d) De his copiose exposuit CLAVDIUS SALMASIUS, libro de annis climactericis p. 545. sqq.  
e) In Proœm. Antiqu. Jud. sub finem & l. I. c. I. statim in princ. ubi conf. virorum doctorum notas. Adde R. SIMONII Histoire crit. du vieux Testam. liv. I. chap. XVII. p. m. 98.

five Gemaram ; magis tamen abundat hac quam illa. Superfedeo exemplis afferendis, ut prolixitas ne sit tedium. Ut autem quod de vocibus diximus, dividi aliterque legi solitis, comprobemus illustremusque, inserviat nobis pro exemplo vox Genesios prima, בראשית. In hac allegorista Judæi attendi jubent ad numerum litterarum senarium, jubent etiam divisim illam legi, quasi esset ברא שית creavit sex, atque hæc inde elicunt mysteria. Deum ante, quam mundum conderet, res creasse sex, vel animo saltem, creare illas aliquando, destinasse, legem, thronum glorie, patriarchas, gentem Israeliticam, templum & nomen Messiae ; item, mundum hunc per sex annorum millia esse duraturum, f) Alii, transpositis ו ה, legunt ברא שית, creavit duas, sc. leges, scriptam & oralem, g) Rursus alii, servato litterarum ordine, ברא ית sub vel in primo, scil. templo, 410. anni, sic ut postremæ litteræ ה pro notis habeantur numeralibus, annorum, quibus perstitutum templum sit primum, h) numerum indicantibus. Porro, cur a littera כ potius, quam ab נ, creationis historiam totamque Legem ordiri voluerit scriptor di-

- f) V. Sohar, *Breschit rabba*, Falkut Reubeni in princ.  
g) V. Baal batturim ad Gen. I. I.  
h) Observante GVL. HENR. VORSTIO ad Chro-  
nol. Ganzii p. 239.

10 Obs. I. De monte Sinai Hierosolymis

vinus, curiosissime disquisivere interpretes Judæi veteres. Nonnullis in mentem venit, ideo hoc factum, quod ב innuat, בְּרָכָה benedictionem, אֲוִירָה contra maledictionem. Alii vero per ב numeri binarii notam, mundum significari docuerunt duplicum, presentem & futurum, עֲוֹלָם הַבָּא וְעַדְלָמָה וְעוֹלָם הַזֶּה vel & legem geminam, litteris consignatam, & ore propagatam. i)

§. IV.

Locum vero in isto interpretationis generale principem facile tenet Gematria, quæ vocatur גִּמְתְּרִיא. Quod equidem nomen ex Gr. γεωμετρίᾳ consułiori pronunciatione effictum arbitror, non ex γεωμετρίᾳ, quod vult BVXTORFIUS. k) Consentientem habeo doctissimum R. ELIAM LEVITAM, l) qui גִּמְתְּרִיא דֵּין מִלְחָמָה יְנִירָה מִמְשָׁ לְשׁוֹן חַשְׁבָּן אוֹ סְנִין Gematria, inquit, vox omnino Græca est, computationis notionem habens, sive numeri. Quibus verbis ad numerorum scientiam, quam γεωμετρίαν appellant Græci, respici manifestum est: Nisi forte qui primi vocem גִּמְתְּרִיא usurparunt, atque adeo ipsum Eliam Levitam, nescivisse dicas, quid proprie

i) Breschbit rabba fol. 4. col. 1. ed. Frf. Baal batturim ad Gen. I. 1.

k) In Lex. Chald. Talm. & Rabb. p. 446.

l) In תְּשִׁבִּי p. m. 51.

prie sit γεωμετρία, atque hanc cum ἀριθμητικῇ  
imperite confudisse. Est autem *Gematria*  
explicatio vocis, vel commatis, vel contextus  
integri ex numeris, quos pro valore lit-  
terarum, quibus constat, continet; ubi, si  
alia vox, comma aliud aliasve contextus,  
eundem numerum producat, vox, comma  
contextusve prior idem denotare existima-  
tur, quod infert vox altera, comma aut con-  
textus alter, numero illi similis. (m) Solent,  
nempe, Judæi numerum, qui ex voce aut  
formula aliqua, si computentur numeri, quos  
litteræ ejus denotant, producitur, ad vocem  
formulamve referre aliam: quæ si numerum  
contineat eundem, significationem ei sen-  
sumque inesse putant eundem, quem habet  
altera. Ita v.c. vox שְׁנִית, secundum, vice altera,  
in verbis Jos. V. 2. עֲשֵׂה רְךָ חֲרֹבֶת צְרוּם וְשֻׁובָה  
מֶלֶא אַת בְּנֵי שְׁرָאֵל שְׁנִירָה  
*Cultros tibi facito acutos, & circumcidito Israelitas secundum,*  
respondet numero voci פְּרִיעָת, *denudatio glandis in membro virili, (facit enim utraque 760.)* Hinc igitur mandatum illud, Jo-  
sus traditum, non ad illum circumcisionis actum, quo præputium resecatur, sed ad eum tantum, quo glans, pelle adhærente, incisis  
ungue vinculis, retracta, prorsus denudatur,  
per-

(m) Vtимur definitione max. Rev. atque Celeb. Wol-  
ffii, at ea tamen aliquantum interpolata Biblioth.  
Hebr. p. II. p. 1210.

pertinere judicant. R. SAL. ISAACIDES  
 רְבָוֹתֵינוּ אָמַרְנוּ שְׁנִיתָ זוּ פְּרִיעָתָה  
 שֶׁלֹּא נָתַנָּה לְאַכְרָהָתָה אֲבָנִי.  
*Magistri nostri ajunt, per* **שְׁנִיתָה** *denudationem denotari*  
*glandis, de qua nihil mandatum fuit Abra-*  
*hamo patriarchæ.* Porro, quia vox illa, totius  
*בְּרָאשָׁיתָה*, in principio, numerum dat parem ei, qui in  
 formula continetur **בְּתוֹרָה יִצְחָק**, proprie legem creavit, videlicet. hinc voce illa, totius  
 codicis sacri prima, significari affirmant, quod  
 propter legem mundus sit conditus. n) Sic  
 etiam cum Gen. I. 4. Deus vidisse dicitur  
**אֵת הַאוֹר**, *lucem*, quod esset bona, Gematriæ  
 arte demonstrant Doctores, per lucem illam  
 Mosen designari legislatorem. Nam sicuti  
**אֵת הַאוֹר** numerum comprehendit 613. ita  
 etiam **מֹשֶׁה רַבִּינָה**, *Moses Magister noster*:  
 estque illis idem numerus symbolum simul  
 legis, quippe præcepta, ex ipsorum computo,  
 continentis 613. o) Exempla alia apud  
**BVXTORFIVM** p) reperiuntur, quem no-  
 lumus exscribere. Vnicum tamen non pos-  
 sum, quin addam. Baal *hatturim* q) voces  
**זָכָר**, *masculus & femina*, gematri-  
 ce refert ad **ברכה**, *benedictionem*, & **קללה**,  
*maledictionem*. Ex enim **זָכָר** prodeunt 227.

pro-

n) Baal *hatturim* l. c.o) V. *Jalkut chadasch*. fol. 140. col. 2. & 3.p) In *Lex. Chald. Talm. & Rabb.* l. c.

q) Ad Gen. I. 27.

prodeunt etiam ex : בְּרִכָּה וְנִקְבָּה 163. ex קָלָלה numerus conficitur fere idem, puta 165.  
 r) Ex quo quid colligitur? Hoc nimirum:  
 A genere masculo benedictionem, a feminino autem maledictionem proficisci.

## §. V.

Neque sane parum is meruisse laudis, aut vulgaria docuisse censebatur, qui Gematriæ ope certum aliquem sensum exculpisset. ABEN ESRA quidem s), vir acri judicio, parum huic arti tribuit, imo vanitatis, studiique animum inaniter macerantis, nomine דברי ר' רצ'ק eam condemnat. Ait enim : בֶן לֵב וְכָל הַחֹשְׁבִים הַמְלֹת אוֹ הַאוֹתוֹת בְּחַשְׁבוֹן גִּמְטְּרִיא הַכָּל וְרוּחוֹת R. Isaaci, filii Lef, eorumque omnium, qui voces aut litteras ex Gematria supplicant, vana est, curasque animo exhibet molestias & inanes. Et alibi: t)  
 בְּגִמְטְּרִיא כִּי יָכוֹל חֲרוֹצָה לְהֹצִיא כָּל שֵׁם לְטוֹב וּלְרֻעָה Non loquitur scriptura per Gematriam, quia hac ratione quisque, pro lubitu, transferre nomen aliquod potest in sen-

- 
- r) Observari hic velim, Judæos in numeris supputandis eam semper accusationem non servare, quin i. aut 2. quæ forte superant, aut desunt, negligant.  
 s) In Commentar. ad Dan. XI, 31.  
 t) Ad Gen. XIV.

14 Obs. I. De monte Sinai Hierosolymis

*Insum bonum aut malum.* At vero aliter eonge sensit pars Doctorum maxima. Tanta enim apud plerosque in existimatione ars fuit Gematrica, ut dogmata etiam aliqua, ritusque nonnullos eidem superstruere minime dubitarint. Sic dogma de mundo, propter legem condito, totum nititur, vel firmatur saltem supputatione illa, quam §. præced. memoravimus. Et quia in vocibus זְהָ & גַּת numerus inest duodenarius ; hinc libellum divortii, quem illi גַּת, *Get*, vulgo nuncupant, ex lineis ad minimum duodecim constare oportere statuerunt. R. SAMUEL ben David : u) וּכֹתֵב יְהִי שִׁיטֵּן כְּמַנֵּן זְהָ סִפְרָ ( Exaratur libellus repudii lineis duodecim, quoniam hunc numerum complectitur vox זְהָ in verbis Gen. V, 1. Hic est liber generationum Adami ; complectitur etiam vocabulum גַּת.

§. VI.

Tanta igitur Gematriæ quum fuerit auctoritas, quis, obsecro, vitio vertat Apostolo, si ad ea, quæ hominibus origine Judæis persuasa cupiebat, confirmanda artem illam in subsidium adhibuit, adeoque ex concessis argumentatus est. Qualis vero sit ejus argumentatio, paucis, age, nunc dispiciamus. Serva, inquit, (Hagar) & uxor libera (Sara) fæde-

ra

u) In נְהָלָת שְׁבָעָה fol. 99. col. 2.

*ra duo sunt, symbola esse possunt utriusque fœderis, novi & antiqui. Quorum quidem unum ex monte Sinai est, sanctum initiumque fuit in monte Sinai, ad servitutem gignens, servitutem imponens duram iis, cum quibus ictum est, leges imperans, quas servare molestissimum accidit. Atque hæc est Agar, hoc fœdus, ejusque leges, Agar nobis, tanquam imago ejus, repræsentat. Pergit: τὸ γὰς Ἀγαρ Σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ Αραβίᾳ. Agar mons est Sinai in Arabia. In his Agaris nomen de toto sumi Agaris negotio, sive de statu ejus & conditione, h. e. servitute, articulus arguit, feminæ nomini genere præpositus neutro, τό. Vult igitur Paullus, Agaris sorrem cum monte comparari Sinai, h. e. cum lege in monte isto Israélitis tradita. Quemadmodum enim serva fuerit Agarita & legem, in monte Sinai propositam, servitutem esse, seu servituti admodum molesta Israelitas mancipasse; onus illis imposuisse jugumque gravissimum.*

### §. VII.

Momentum vero totius rei præcipuum in verbis versatur: συζοιχεῖ δὲ τῇ νῦν ἱερατελήν. De quibus ante omnia observari velim, spectare ea non ad remotius nomen, sive ad Agarem, sed ad proxime præcedens Σινᾶ ὄρος, mons Sinai: perinde ac in inciso ver-

16 Obs. I. De monte Sinai Hierosolymis

versus hujus extremo verbum δελένει ad Hierosolymam referri oportet, cuius nomen proprius erat, non ad montem. Porro συστοχῇ idem hic, mea sententia, valet, ac ἵστοψηφός ἐστι, ejusdem numeri est, eandem continet numerorum summam, si scilicet formulæ utriusque litteræ pro notis habeantur numeralibus. Agemus de ista significandi potestate verbi συστοχῆι deinceps pluribus: nunc rem vere ita esse, seu numerum ex formula utraque eundem produci, ostendemus. Tenendum vero cumprimis est, non ad Græcas respici hic oportere voces formulasve, sed ad Hebraicas. His namque solis, minime vero ex lingua petitis alia, ad Gematriam utebantur Judæi. Quod si jam verba, Σινᾶ ὁρεός ἐτῶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, nec non illa, הַבְּנָם יִצְחָקָא לְהַמָּעָד, Hebraice reddenda sint, versio simplicissima hæc erit: סני חֶרְבָּן סני חֶרְבָּן Sinai mons Arabiæ, & יְרוֹשָׁלָם הַחַיָּה, Hierosolyma præsens. Nunc numeros computemus.

10	50	10	60		130
		ס	ר	נ	
200			5		205
		ר		ה	
2	200	70			272
		ר	כ		

Summa hinc conflabitur 607

Da-

Dabitque eundem numerum

$$40 \ 30 \ 300 \ 6 \ 200 \ 10 | 586$$

ר ש ר ו ר ב

$$1 \ 10 \ 5 \ 5 | 21$$

א ה י ה ב

5. 607

En ergo συζοιχεῖται montis Sinai in Arabia, & Hierosolymæ præsentis! Quod si forte ipsum etiam Agaris nomen eadem ratione tractare lubeat, hoc etiam apparebit συζοιχεῖται Hierosolymæ præsenti, adeoque & monti Sinai. Addatur enim modo ancillæ, sive servæ, character, qui nomini isti sapius adjunctus reperitur in Abrahami historia, & numerus sese prodet propemodum idem:

$$200 \ 3 \ 5 | 208$$

ר ג ה

$$5 \ 8 \ 80 \ 300 \ 5 | 398$$

ה ב פ ש ה

606

Vides hic ad perfectam æqualitatem deesse nihil, nisi unitatem aliquam, quam in ejusmodi suppurationibus a Judæis magnopere non curari, ad §. IV. jam monuimus. Hac ratione illud τὸ, ante Αγαρ, indicaret, materialiter, ut loquuntur, sumendam esse vocem, seu elementa, ex quibus constat, valore capi oportere nu-

Pars IX.

B

me-

merali. Sed nolim quidem urgere hoc, & eo quoque respexit Apostolum, contendere. Pergam potius exponere, quem in sensum modumque ille differat atque argumentetur. Mens ejus si quid ejus capio, haec est: „Lex in „monte Sinai promulgata servos facit illos „omnes, qui ei subsunt. Subest vero Hiero- „solymorum civitas, imo tota gens Judaica, „quaꝝ illam metropolin suam agnoscit, pro- „priamque religionis sedem. Premuntur „Hierosolymitani, ac Judæi omnes, jugo Si- „naitico: estque par ratio urbis & montis. „Servitutem genuit mons, gignit etiam urbs. „Quaꝝ conditionis in monte & urbe aqua- „litas inde etiam probari iis potest, qui alle- „gorico sacrarum litterarum sensu capiun- „tur, aut eum certe non reprobant, quod „idem est nominis, quo mons appellatur, „numerus, ac illius, quod urbs gerit. Quem- „admodum enim nomen unum potestate „litterarum arithmeticæ aquipollens est al- „teri, ita locus quoque unus respondet alte- „ri, imo hic per illum mystice præsignifica- „tus est. Est Sinai ille locus, ubi promul- „gata lex est, servituri gentem Israeliticam „subjiciens: Est Hierosolyma urbs illa, ubi „lex eadem maxime custoditur, declaratur, „colitur, exercetur. Servit igitur Hierosolyma cum filiis suis. Per filios Hierosolymæ civitates intelliguntur Judaicæ, quarum quasi

quasi mater Hierosolyma erat , vel & Judæi  
in universum omnes, quippe matri illi, filio-  
rum instar, obsequentes, legibusque, quas  
Senatus Hierosolymitanus supremus, sive Sy-  
nedrium magnum, imperat, parentes. *Ser-  
vitutem* vero indicari arbitror non civilem  
solum , a qua quidem non immunes tunc  
erant Hierosolymitani. Judæique reliqui, quum  
Romanorum aliarumque gentium subeffsent  
imperio , verum etiam, & maxime quidem,  
legalem, de qua & in superioribus fuerat ex-  
positum.

## §. VIII.

Minime autem abhorrere censeri potest  
verbum συζοιχεῖν ab ea , quam eidem adsi-  
gnavimus , significatione. Fateor, verbum  
proprie esse militare, de iis adhiberi solitum,  
qui in eodem collocati sunt σοίχω, sive serie  
militum tali, quæ non ab uno exercitus cor-  
nu ad alterum , sed a fronte ad tergum ex-  
porrecta est. Tales autem milites quum  
conditionis esse censeantur paris ; hinc ,  
quod & pridem observatum est aliis, a) συ-  
ζοιχῆν generatim quoque est pari natura &  
conditione, consimilem esse, convenire. Quid  
vero illud sit, in quo persona , vel res una,  
alteri συζοιχεῖ, res substrata facile manifestat.  
Hoc loco non video, quid obstet , quo mi-  
nus συζοιχεῖν exponere liceat *convenire* litte-  
ris,

B 2

ris,

x) V. OLEARIVM de Stilo N. T. p. 358. sqq.

20 Obs. I. De monte Sinai Hierosolymis

ris, seu litteris constare numerum confici-  
entibus eundem. Quæ expositio aliena vi-  
deri eo minus poterit, quo congruentior ea  
est significationi nominis σοιχεῖον, ex verbo  
simplici σοιχέω derivati. Στοιχεῖα enim, quo  
vocabulo bis hoc ipso capite usus Paullus  
est, v. 3. & 9. litteras proprie denotat, seu lit-  
terarum characteres. Distinguere quidem  
solent critici veteres inter γράμματα & σοι-  
χεῖα. DIONYSIVS Halicarnassensis : y)

Αρχαὶ μὲν ἐν ἐστι τῆς ἀνθεωπίνης καὶ ἐνάρθρος Φω-  
νῆς, αἱ μηκέτι δεχόμεναι διάζεστιν, αἱ καλέμεν  
σοιχεῖα καὶ γράμματα γράμματα μὲν, ὅτι γράμ-  
ματις τισι σημαίνεται σοιχεῖα δὲ, ὅτι Φωνὴ τὴν γέ-  
νεσιν ἐκ τέτων λαμβάνει πέντε τον., καὶ τὴν διάλυσιν  
ἐις ταῦτα ποιεῖται τελευταῖαν. Principia huma-  
næ & articulatæ vocis sunt, quæ nullam re-  
cipiunt divisionem: quæ vocamus elementa  
(σοιχεῖα), & litteras (γράμματα). Litteræ  
(γράμματα) dicuntur, quia lineis quibusdam  
(γράμματις) notantur: elementa autem (σοι-  
χεῖα), quia omnis vox generatur ex iis pri-  
mo, inque ea postremo resolvitur. Luculen-  
tius vero AMMONIUS discriminem explicat,  
quando γράμμα typum esse ait & formam:  
σοιχεῖον autem ἐν Φωνησιν καὶ φθόγγον, sive so-  
num, quo illi typi & formæ efferuntur, ac  
pronunciantur, ut in trigono γράμμα est Δ.

506-

y) De collocat. verb. c. 39. p. II.

*σοιχεῖον* vero δέλτα. z) Nec aliter definit PRISCIANVS: a) *Dislat autem illud inter litteras & elementa: quod elementa proprie ipsæ pronunciationes dicuntur, notæ autem earum litteræ.* Verum non solet discrimen illud adeo accurate semper observari, quin promiscue sæpius usurpentur *σοιχεῖον* & γεάμματων vocabula. Quod & statim submonet idem, quem modo laudavimus, Grammaticus. Sed abusive, inquit, elementa pro litteris, & litteræ pro elementis ponuntur. Quod non de Latinis tantum valet, sed etiam de Græcis, *σοιχεῖα*, *γεάμματα*. Quidni igitur συζοιχύν ἀλλήλαις dici possint illæ voces, quæ, litterarum arithmeticæ acceptarum ratione habita, ita sibi invicem respondent, ut, si supputentur litteræ, ex quibus compositæ sunt, numerus producatur æqualis?

### §. IX.

Ne quid vero tribuere Paullo videar, quod a more scriptorum N. T. prorsus abhorreat, in memoriam sibi revocet velim Lector, quod de bestia quadam prodidit scriptor Apocalypseos divinus. b) Bestiam scilicet is  
B 3 me-

- z) V. HENR. VALESII *notas ad Lexicon Harporat.* p. 207.  
 a) *Libro de accentibus*, non longe a principio p. m. 832.  
 b) Cap. XIII, 17. 18.

memorat, tali insignitam nomine, cuius numerus fit DCLXVI. ab eo, qui sit ἔχων τὸν ρῆμα, seu ingenio polleat, facile tunc computandus, quum numerus fit hominis, h. e. vulgari & inter homines recepto more supputandus, sicuti bene explicat VITRINGA. Vult igitur Johannes nomen bestiæ Kabbalistice, ac speciatim gematrice, considerari, sic ut litteræ ejus pro nominis habeantur numeralibus. Atque illud ipsum haud obscure innuit verbis: ὡδὲ οὐ σοφία ἐστιν, hic sapientia opus est, sapientiæ vocabulo scientiam illam abstrusiorēm denotans, quam Judæi veteres הַחֲכָמָה, sapientiam, vocarunt *naturā* ἐξοχὴν, recentiores הַקְבָּלה, Kabbalam. De illo autem nomine quid sentiam, quum observatione apere constituerim proxima, pluribus nunc differere de eodem nolo.

## §. X.

Prævideo autem non defore, qui mihi objiciant: Si Kabbalistica, eaque Gematrica, argumentatione usus Apostolus est, firmavit sane dogma suum ratiocinio ponderis admodum levis, roborisque vel nullius plane, vel saltem exigui, adeoque veritati cœlesti minus bene consuluit: quod absit longissime, ut de viro quis credat divino. Sed dicant illi mihi velim ante omnia, quid illud sit, ex quo in disputationibus, & cum con-

vin-

vincere aliquem studemus, argumentorum,  
 quibus utimur, vim debeamus metiri. Le-  
 ges sunt, inquiet fortassis, quas ratio dicti-  
 tat recta, quasque ab iis, qui in naturam hu-  
 jus accurate inquisiverunt, usumque ejus ex-  
 plorarunt, præscriptas novimus omnibus-  
 que, aut plerisque certe, approbatas. Opti-  
 me quidem, si cum hominibus res nobis sit,  
 quibus & satis cognitæ illæ leges sunt, & qui  
 imperium earundem ubivis sequi assolent.  
 Talesne vero haberi possunt omnes, qui-  
 buscum disputatio forte ingredienda est?  
 Vereor valde, ne contra experientiam lo-  
 quatur manifestam, id affirmare qui ausit.  
 Ecquis enim educationem ignorat, institu-  
 tionem, causasque alias ita sapient suffocare  
 rationem & extinguere, aut usum saltem ejus  
 impedire, nihil uti verum judicent homines,  
 nisi quod opinionibus, quas inde a primis  
 annis imbiberunt, conveniens est, licet a  
 veritatis norma id, quod creditur, longius  
 interdum recedere facile intelligent perspi-  
 caciōres? Experimentum quis capiat in  
 Judæis hodiernis, in quibus rarissimi sunt,  
 qui rationem philosophiæ studio excoluere.  
 Horum si quis dogmata ratiociniis refellere  
 studeat, quæ regulis artis dialecticæ, etiam  
 evidentissimis cerrissimisque, sint conformia,  
 parum sane proficiet. Longe profecto me-  
 lius rem is aget, qui argumentationem o-

mnen ad ingenium eorum & consuetudinem norit attemperare. Vnica his ferme regula est : Quicquid majores nostri, & in his præsertim Talmudici Doctoresque veteres ceteri dictitarunt, illud verum est. Ab hac illi dimoveri se non patiuntur, si vel cumulos optimarum rationum in eos congeras. Quod si vero ea, quæ persuaderi ipsis cupis, Magistrorum etiam, quos summopere illi venerantur, sententiis effatisque consentanea esse clare ostendas, ac in universum eam, cui assuefacti pridem sunt, adhibeas argumentandi rationem, multo jam faciliores se tibi præbebunt, sic ut sperare possis fore, ut in tuam sententiam tandem discedant. Hac ratione Judæos non paucos Christianismi ad professionem adductos fuisse, ipsa testatur experientia. Vtrum vero consultius est & viro prudente dignius? Num rationibus pugnare gravibus, & nihil efficere, an levioribus, captui & judicio adversarii accommodatis, differere fructumque operæ optatum reportare? Sapientis profecto est media diligere & usurpare ea, quibus non frustra laboratur, sed facillime certissimeque obrinetur propositum. Hæc sane caufsa est, cur ipse Servator optimus sermones suos ad mentem hominum imbecilliorum sepius conformet, ceu exempla docent plurima. Quis ergo vitio det discipulis ejus & legatis, si morem servent eundem?

dem? Erat apud ejus temporis Judæos argumentum satis grave & valde efficax, quod ex supputatione petebatur Gematrica. Hoc igitur si minus quis valere forte existimet, judicium is incusat Judæorum, Paulli consilium non culpet. Συγναταβατις hæc est, laudanda potius & admiranda, quam taxanda. Possem & aliis rationibus objectionem retundere, nisi studio ducerer brevitatis.

### §. XI.

Opera hac & interpretatione mea simuſ consuluisse me credo lectionis loci hujus Paullini γηνσιότητι, quam Critici quidam in dubium vocare sustinuerunt. Quorum quidem aliqui locum, quem adhuc explicavimus, vel integrum, vel ex parte saltem, glossa esse putarunt, quod margini olim adscriptum in textum tandem irreplserit. In his RICH. BENTLEJVS, ὁ κειμενάταρος, verba potissimum hæc, tanquam inserta, sollicitare instituit: Σινᾶ ὅρος ἐστιν εὐ τῇ Αραβίᾳ, Sina mons est in Arabia. Quam Bentleji conjecturam & felicem admodum prædicat MILLIVS, c) & tantopere sibi placuisse air, atque adhuc placere lectionem illam, ut, absque unanimi codicum in altera ista lectione consensi foret, genuinam eam intrepide sit

B 5

pro-

c) In Prolegom. ad N. T. §. 1306.

26 Obs. I. De monte Sinai Hierosolymis

*pronunciaturus.* Adjunxit sese horum partibus LVD. KVSTERVS, cuius verba non piget exhibere : „Et sane quæ proxime se-  
„quuntur (post verba Σινᾶ ὅρος n. r. λ. v. 25.)  
„συντοιχεῖ δὲ τῇ νῦν Ἱερουσαλήμ, non possunt re-  
„ferri ad montem Sina, tum propter senten-  
„tiam loci, quæ interpretationem illam non  
„patitur, ut Cl. Millius bene ostendit ; tum  
„etiam propter auctoritatem optimi codicis  
„Börneriani, qui pro συντοιχεῖ δὲ n. r. λ. ha-  
„bet ἡ συντοιχία τῇ νῦν Ἱερουσαλήμ, quod vel  
„constructio Grammatica connectendum  
„esse docet cum verbis ultimis v. 24. ἥτις ἐστιν  
„Ἄγαρ. In eodem codice ante Σινᾶ ὅρος tam  
„in textu Græco, quam versione Latina inter-  
„lineari, recte deest vox Ἄγαρ, quæ omnes  
„adhuc interpretes in magnam ἀπορίαν con-  
„jecit. Quis jam non videt, secundum lectio-  
„nem illius codicis verba ista, τὸ γὰρ Ἄγαρ Σινᾶ  
„ὅρος ἐστιν ἐν τῇ Αραβίᾳ, non solum sententiae,  
„sed etiam constructionis seriem interrum-  
„pere, & proinde admodum esse probabile,  
„particulam illam a librariis e margine in tex-  
„tum translatam esse. Et sane clara omnia  
„erunt, & plana, si verbis illis e medio subla-  
„tis, totum locum sic legas : μία μὲν ἀπόστρεψ  
„Σινᾶ ἐις διδασκαλία γεννώστα, ἥτις ἐστιν Ἄγαρ, ἡ συντο-  
„χία τῇ νῦν Ἱερουσαλήμ, διδασκεῖ δὲ cet., Eo  
igitur adegit difficultas loci viros ceteroquin  
acu-

d) Ex *præfat.* ad Millii edit. N. T. fol. 3. a.

acutissimos, ut ense rescindendum judicarent nodum, de quo commode solvendo desperarent. Quo remedio minime, uti credo, opus erit, si illi infistatur viæ, quam nos sumus ingressi. Nolumus vero in vindicanda loci integritate operam consumere, postquam dudum id præstitere viri eruditissimi, in quibus studium suum vir quondam doctissimus, JACOBVS HASÆVS, orbi litterato præ ceteris approbavit. e)

### §. XII.

Vnicum est, quod addi alienum non puto : Extare scilicet apud Græcos etiam exteros τὰν ισοψήφων exempla. Studium cerre aliquod, præter Grammaticos alias, Leonidas illis impendit, Alexandrinus, quemadmodum ex epigrammate illius quodam patet, f) quod viro Græce doctissimo, J A C. PALMERO, obscurissimum visum, scite admodum exposuit humanissimus Abrincensium quondam Præful, PETRVS DANIEL H V E T I V S, quem ipsum hac de re differentem audire, non injucundum forte lectori meo erit. Subjungo igitur ejus verba. g) „Jaques Pau-

„mier

e) In *Biblioth. Hist. philol. theol.* cl. I, fasc. V. p. 718. sqq. Cf. max. Rev. atque Celeb. Jo. CHRISTOPH. WOLFII *curas philol.* ad Gal. IV, 25.

f) *Anthol. epigr.* l. VI. c. 12. p. 563.

g) In *Pensées diverses* p. 253. sqq.

28 *Obs. I. De monte Sinai Hierosolymis*

„mier, Sieur de Grentemesnil, me pria un  
„jour par un billet, de lire avec attention le  
„douzième chapitre du sixième livre de l'  
„Anthologie, qui est intitulé *ισόψηφα*, & de  
„m' appliquer particulièrement à cette Epi-  
„gramme, qui s'y rencontre :

„Εἰς πρὸς ἔνα ψήφοισιν ισάζεται, & δύο δοις,  
„Οὐ γὰρ ἔτι σέργω τὴν δολιχογεαφίν.

„A quoi il m' avoüoit qu'il ne compreloit  
„rien. Je lui obéis, & je me rappellai pre-  
„mierement dans la memoire ce que j'avois  
„lù dans Artemidore, *liv. III. chap. 34.* &  
„*liv. IV. chap. 26.* que les Grecs appelloient  
„*ισόψηφα* les mots dont les lettres, selon l'  
„estimation de leur valeur numerale, faisoient  
„le même nombre. Je me souvins aussi  
„que Muret dans ses diverses leçons *liv. XIV.*  
„*chap. 13.* avoit expliqué la signification de  
„ce mot. Apres avoir examiné ensuite, &  
„cette Epigramme, & tout ce Chapitre, je  
„remarquai que Leonide en étoit l'Auteur,  
„& je fis reflexion que dans le quarante qua-  
„trième chapitre du premier livre de l' An-  
„thologie, il est fait mention de ce même  
„Leonide, par lequel on dit que les distiques  
„sont faits égaux en valeur de nombre, διστι-  
„χα γὰς ψῆφοισιν ισάζεται. Cela me servit a  
„l' Epigramme proposée, & je parvins enfin  
„à en pénétrer le sens avec une entiere cer-  
„titude. Ce Leonide abusant de son esprit,

„s'anmu-

„s'amusâ à faire des vers *isopsephes*. Les anciens Grammairiens par une curiosité puerile  
 „avoient recherché les vers *isopsephes* d'Homere, comme on l'apprend d'Aulugelle *liv. XIV. chap. 16.* Ce qu' Homere avoit fait par  
 „un pur hazard, Leonide le fit à dessein.  
 „Il composoit des Epigrammes de quatre  
 „vers, avec un tel art, que les deux premiers  
 „vers étoient *isopsephes* aux deux derniers.  
 „Par exemple, dans la premiere Epigramme  
 „de ce chapitre, qui commence par ces mots,  
 „Θύει σοι τόδε γέαμπα, la valeur numerale  
 „des lettres du premier distique, fait le nombre de 5699 ; & les lettres du second distique valent autant. Si quelqu'un a assez  
 „de loisir & de patience, pour faire un pareil essai dans les quatrains suivans, il trouvera le premier distique *isopsephe* au second.  
 „Mais dans l'Epigramme qui me fut proposée, & que j'ai rapportée ci dessus, & qui n'est que de deux vers, Leonide n'a pas opposée ni comparée distique à distique, puisqu'il n'y a qu'un distique, mais il a opposé vers à vers, & les a faits de valeur égale ; & si l'on en fait le calcul, on trouvera que chacun d'eux forme le nombre de 4111. Il est étonnant que Broreau, le docte Commentateur de l'Anthologie, & Henri Etienne, *Thes. Ling. Gr. in ισοψηφα,* se soient si fort éloignez du véritable sens

„dans

„dans l' interpretation de cette Epigramme,  
 „dont l' intelligence est maintenant aisée.  
 „En comparant un vers à un vers , c' est-a-  
 „dire, en comparant le premier vers de cet-  
 „te Epigramme au second , on trouvera qu'  
 „il lui est égal , & forme le même nombre ;  
 „& non pas en comparant deux vers à deux  
 „vers, comme dans les Epigrammes préce-  
 „dentes ; car cela est trop long , & j' aime  
 „maintenant la briéveté.

## OBSERVATIO II.

DE NVMERO NOMINIS  
BESTIÆ APOCALYPTICÆ

Ad Apoc. XIII, 17.18.

Kαὶ ἵνα μή τις δύνηται ἀγορᾶσαι ἢ πωλῆσαι,  
 ἢ μὴ ὁ ἔχων τὸ χάραγμα, ἢ τὸ ὄνομα τῆς Θηρίου, ἢ  
 τὸν ἀριθμὸν τῆς ὀνόματος αὐτῆς. Λέδε η σοφία ἐστιν.  
 ὁ ἔχων τὸν ψηφιστόν τὸν ἀριθμὸν τῆς Θηρίου. ἀριθ-  
 μὸς γὰρ αὐτῷ πάσῃ εἶτι· καὶ ὁ ἀριθμὸς αὐτῆς, χειρός.

Et ne quis possit emere aut vendere , nisi  
 qui habeat characterem , aut nomen bestiæ,  
 aut numerum nominis ejus. Hic sapientia  
 est. Qui habet intellectum , computet nume-  
 rum bestiæ : Numerus enim hominis est . Est  
 vero numerus ejus, sexcenti sexaginta sex.

## CONSPECTVS.

Numerus DCLXVI. in est nomini שמעון ר' , Rab-  
 ban

ban Simeon, quod Præses Synedrii magni ante excidium Hierosolymitanum extremus gessit. §. I. In Apocalypses libro indicia Kabbale extant varia. Nomen, ad quod referendus est numerus DCLXVI, Hebraicum esse debet, non Græcum, aut Latinum. §. II. Apocalypses liber de rebus agit, ad primam Christianissimæ atatem pertinentibus. Bestia prior, de qua capite XIII. scriptor differit, idea esse videtur Herodis Agrippæ, Ju-dæorum Regis; posterior vero alicujus principis, a Rege illo constituti. §. III. Characteres bestiæ prioris septem, a scriptore sacro indicati, in Agrippam quadrant singuli. Quadrant enim (1) diademata, (2) folium, (3) potentia magna, quia Rex erat, ditionemque habebat per amplam, Philippi & Antipæ tetrarchias, Iudeam & Samariam. §. IV. Convenit ei (4) vulnus lethale, h. e. casus adversæ fortunæ, quacum diu illi consti-tandum fuit, variis iidemque insignes, qui enarrantur. Sanatum vulnus lata fortunæ, quæ eidem obtigit, catastrophe est. §. V. Convenit Agrippæ (5) adoratio ab incolis terræ præstita. nam summa eum veneratione prosecuti sunt Judæi, adeo ut & Deum aliquando appellaverint. §. VI. Convenit ei (6) bellum adversus Sanctos, per menses XLII. gestum, & victoria ab eisdem reportata, quoniam Christianos omnibus modis insectatus est, & ex-cruciat, mortisque & carceris suppicio affecit, toto imperii sui in Galileam, Peræam, Iudeam & Samariam, quod per annos tres cum dimidio circiter gessit, intervallo. §. VII. Convenit denique (7) eidem carceris & gladii poena, de Sanctis, si-ve Christianis, ab eodem sumta. Vtrunque vero supplicium ipsi quoque minatur Johannes, vel mi-nistris saltē ejus, crudelitatis instrumentis ex-secu-

secutoribusque promptis. In quibus primas tenuit Silas, in vincula tandem conjectus atque interemptus. §. VIII. Bestia hec confundi non debet cum illa, que capite describitur XVII. §. IX. Posterioris bestiae characteres. Aptari possunt singuli Rabban Simeoni II, Gamalielis filio, Academæ Hierosolymitanæ Rectori, & Synedrii præsidi ante excidium Hieros. ultimo. §. X. Is igitur Praeses Synedrii creatus videtur ab Agrippa. Cui opinioni temporis ratio, a Ganzio inita, non obstat. Cornua duo agnina ad potestatem referuntur duplarem, Præsidatus in Synedrio, & Recturæ in Academia. Prodigia, per bestiam edita, Magiæ noztant peritiam, in Synedrii Præside a Judæis vulgo requisitam: Χαραγμα fronti, aut manui impressum, vel phylacteriorum usum, a Simeone imperatum, vel notam quandam servitutis, aut servitutem ipsam. §. XI. Pontificem tamen si quis forte malit, Simonem is habeat Cantheram, quem pontificati præfecit Agrippas. §. XII.

## §. I.

**E**xsequar nunc, quod ceperam, proposum de numero nominis bestiæ apocalypticæ investigando, ut, quod de more litteras, vel numeros potius ex litteris vocum, supputandi, novi fœderis scriptoribus non plane inusitato, me dixisse memini, (Observationis superioris §. IX.) magis declaretur confirmeturque. Neque vero alio, quam conjectura probabilis, nomine omne illud, quicquid hic dicturus sum, vendito. Credo igitur, numero DCLXVI. quem & nominis & bestiæ

*bestiæ numerum* appellat Johannes, ad nomen respici שמעון, Simeon, quod, si addatur ז, tituli רبان, Rabban, *Docter noster*, (quo inde a Simeone, Hillelis senioris filio, Doctores, virique auctoritate graves, in gente Judaica insigniti fuerant,) nota, numerum istum exacte producit.

200	200
נ	
50	300
6	
70	
40	
1	
י	
ע	
מ	
ו	
	466
	666

Intelligo vero Simeonem illum, qui Præses Synedrii magni, ante excidium Hierosolymitanum, extremus fuit.

### §. II.

Meum hic cumprimis illud facio, quod præclare docet CAMPEGIVS VITRIN-GA a) his verbis : „*Esse autem in hoc libro Apocalypsis non spernenda indicia illius doctrinæ & sapientiæ generis, quod vulgo Kabbalam vocant : eruditæ viri dum observarunt.* b) Liber enim hic Hebrews.

C

brais.

a) In *Anacrisi Apocal.* p. m. 628.

b) Respicit Vitringa procul dubio ad JAC. RENFERDVM, cuius de stylo *Apocolypses Kabbalistico* dissertation extat singularis, Franekeræ 1679. primum edita,

„braismis & mysticis locutionibus, ex scri-  
 „pturæ penetralibus de promis, sed eleganti-  
 „bus & Spiritu sancto auctore dignissimis,  
 „totus est refertus; & hominibus, in He-  
 „bræorum schola & eruditione versatis, o-  
 „mnium primo commendatus est, & abs-  
 „que his subsidiis feliciter exponi non po-  
 „test. „ Porro in eo quoque eidem viro do-  
 cissimo ad sensior, quod nomen, ad quod  
 referendus sit numerus DCLXVI, Hebraic-  
 um potius esse videatur, quam Latinum vel  
 Græcum. Quod ille tribus potissimum ra-  
 tionibus demonstratum ivit, in quibus duæ sa-  
 tis reputari debent graves. Altera est, „quod  
 „nominis significationis mysticæ in hoc libro  
 „Hebraice efferantur, ut exempla sunt claris-  
 „sima in vocibus Αβαδδων & Αραγαγεδων. „ c)  
 Altera, „quod mos numerandi litteras No-  
 „minum, earumque rimandi arcana, Hebræo-  
 „rum magis sit, quam Græcorum, ut vere  
 „Kabbalistæ, qui inter Hebræos obtinuerunt  
 „sapientiæ & eruditionis laudem, in litteris  
 „nominum varie combinandis & numeran-  
 „dis ingenium suum exercuerint; nec id  
 „plane absque imitatione Sapientum anti-  
 „quissimi ævi, & ipsius Spiritus S. χειραγωγῆ;  
 „etsi

edita, & præside *Jo. van der Waejen* publice venti-  
 lata, postea vero in *operibus ejus philol.* Traj. ad  
 Rhenum 1722. editis, in lucem denuo revocata.  
 c). Cap. IX, II. & XVI, 16.

„et si ineptiæ sequioris ætatis hæc studia plane corruperint, & prudentibus hominibus invisa reddiderint. „ His igitur positis, ac veluti præstructis, ad conjecturam meam, ejusque rationes explicandas me accingo.

## §. III.

Primum itaque generatim me cum illis facere profiteor, qui Apocalypses libro de rebus potissimum agi existimant ad primam Christianilimi ætatem pertinentibus. d) Sic ut exponantur illo cœtuum quorundam christianorum, antistitumque illis præfectorum, mores, Judæorum in Christianos universos concitata odia, iniuriciæ exercitæ, injuriæ illatae, supplicia miserrima & crudelissima, quæ pati a Judæis Christiani & perferre debuerunt: Porro vindicatio Numinis supremi justa, qua ulciscenda sit vis & injuria, Christianis facta, & fortuna denique serenior, ipsis posthac affulsura. Deinde, ac speciatim, ex bestiis illis duabus, quas capite hoc describit auctor, priorem, de qua inde a versu primo ad undecimum agitur, symbolum esse arbitror Herodis Agrippæ, Judæorum Regis, hujusque in Christianos animum

C 2

&amp;

- 
- d) Passim hoc, ut Grotium, Hammondum, Lightfootum & Knorrium a Rosenroth nunc taceam, docuit & solide ostendit vir summe Ven. HERM. von der HARDT.

& saevitiam vivide repræsentare. Bestiam vero posteriorem imaginem esse censeo aliquujus principis, a Rege illo in gente Judaica constituti, magnaque potestate instructi. Vtrumque hoc probabile efficere conabor.

## §. IV.

Priorem ad bestiam quod attinet, tribuit ei vates noster divinus præcipue (1) diadema (2) solium (3) potentiam magnam, imperiumque in omnes tribus atque nationes (Judaicas) (4) vulnus lethale, sed fanatum tandem (5) adorationem, a totius terræ (Judaicæ) incolis eidem praestitam (6) pugnam cum Sanctis (Christianis) per menses XLII. commissam, & victoriam ab eisdem reportatam. (7) Denique eadem de bestia haud obscurè dicitur, quod captivos fecerit aliquos; alios vero gladio interfecerit. Atqui singula hæc in Herodem Agrippam, Herodis Magni ex Aristobulo nepotem, quadrantegregie Conveniunt enim illi (1) diadema & (2) solium, ut Regi; convenit (3) potentia magna, propter ditionem amplissimam, quum regio Judaica universa, cis & trans Jordanem, terræque nonnullæ vicinæ eidem essent subjectæ. Donatus enim initio fuit a Cajo Cæfare, simul cum Regis titulo, tetrarchiâ Philippi. e)

Filius is erat Herodis Magni, præfueratque Bata-

e) JOSEPHVS *Ant. Jud. I. XVIII. c. 6. §. 10.*

Batanææ, Trachonitidi, Auranitidi, & parti-  
cuidam terrarchiæ Lysaniæ, h. e. Abilenæ,  
juxta Libanum montem. f) Postea Herodis quoque Antipæ, qui Herodiadem, foro-  
rem Agrippæ germanam in matrimonio ha-  
bebat, tetrarchiam, sive Galilæam atque Pe-  
ræam, ab eodem accepit Cœfare, pulso in  
exilium, & Lugdunum in Galliis relegato  
Antipa g). His Claudius Imperator, Agrippæ  
faventissimus, adjectit quidquid Judææ & Sa-  
mariaæ ad avi illius (Herodis Magni) regnum  
pertinuerat: adjunxit etiam nonnulla de suo  
in monte Libano. h) Quibus terris auctus,  
princeps familiae suæ potentissimus evasit  
Agrippas, Magni inde cognomen adeptus,  
quo bis eum ornat Josephus uno capite. i)

## §. V.

Convenit Agrippæ *quarto vulnus lethale*,  
sed *senatum tandem*, quia cum adversa for-  
tuna diu sic fuerat conflictatus, casibusque  
hujus variis, antequam dignitatem obtinuis-  
set regiam, adeo vehementer jactatus, ut a  
pernicie sua atque interitu prope videretur  
abesse. Ut non immerito **PHOTIVS** k)  
*μυρίαις τύχαις καὶ μεταβολαῖς περιπεσόνται, vi-*

C 3

rum

f) Idem l. XVII. c. II. §. 4

g) Id l. XVIII. c. 7. §. 2. cf. l. XVII. l. c.

h) Id. A. 7. l. XIX. c. 5.

i) A. J. l. XVIII. c. 5. §. 1. &amp; 4.

k) In Biblioth. cod. CCXXXVIII. p. 974.

rum appellat, sexcentis casibus & mutationibus fortunae obnoxium. Postquam enim Romæ, ubi cum Claudio & filio Tiberii, Druso, educatus fuerat, partim vita luxuriosa, partim immodica largitione, l) facultates suas profuderat, brevi ad inopiam redactus est, adeo, ut ære alieno oppressus Roma excedere cogeretur. Itaque navi consensa in Judæam profectus est, ubi, quia nihil ei supererat, quod debitoribus, qui & multi erant & accurate eum observabant, solveret, in castellum Idumææ *Malatha* m) tandem secessit, & ad desperationem adactus, de manibus sibi inferendis cogitavit. Intulisset etiam, nisi Cypros uxor impedivisset, imperato ei ab affine, Herode Antipa, victu in urbe Tiberiadis, ædilitatisque istius loci honore. Aegre autem ferens Agrippas exprobationem beneficii, ab Antipa aliquando inter pocula factam, ad Flaccum sese contulit, Syriae tunc præsidem, a quo & benigne exceptus fuit sustentatusque. Delatus vero ab ipso fratre Aristobulo apud Flaccum, ab hoc etiam repulsus tandem fuit. Tum Agrippas, in extre-

- 
- l) Sumtus enim maximos in libertos fecerat Cæsar, sperans fore, ut eorum opera adjuvaretur, verba sunt *JOSEPHI*, loco mox citando.
- m) Situm hoc erat circa fines terræ Israelit. australes, viginti circiter milliaribus a Chebrone, sicuti *RELANDVS* ostendit in *Palestina*, voce *Malatha*.

extremam egestatem relapsus, in Italiā nāvigavit, sumta ante mutuo pecunia a Petro quodam, Berenices, matris ipsius, liberto. In Italiā ubi venisset, humaniter primum eum exceptit Tiberius Cæsar, mox vero aditu ad se prohibuit, donec trecenta millia drachmarum, quæ Cæsaris debebat fisco, persolveret. His tandem Antoniæ, matris Claudiī, beneficio exsolutis, dum morari in Italia pergeret, ab Eurycho, liberto & auriga suo, accusatus fuit apud Tiberium, quod mortem se huic optare aliquando esset professus. Tiberius, ea re commotus, vincula statim Agrippæ jussit injici, in quibus & ad mortem usque Tiberii fuit detentus. n) Habes, lector, *vulnus lethale* Agrippæ inflictum, summam inopiam & miseriam, desperationem, vincula, carcerem. Sed *sanatum* tandem fuit *vulnus*, quando lata obtigit fortunæ catastrophe, quæ ad summum fastigium evexit hominem, ad summam inopiam miseriamque antea adactum, quemadmodum ex ante dictis potest intelligi.

## §. VI.

Convenit Agrippæ quinto adoratio, quam terræ sive regionis (Judaicæ) totius incolæ bestiæ exhibuerunt. Nam cum ille ita esset

C 4

a na-

n) Singula hæc pluribus JOSEPHVS persecutur  
Ant. Jud. I. XVIII. c. 6. §. 1. iqq.

a natura factus , sicuti JOSEPHVS loquitur , o) ut muneribus studeret esse beneficuſ , & populos liberalitate demererit magnopere desideraret , & large effuseque sumtuſ faciendo ſibi pararet nominis celebritatem , dando voluptatem capiens , gaudensque ita vitam agere ut ab omnibus prædicaretur : magna eum populus Judaicus universus , is præfertim , qui Palæſtinam incolebat , proſecutus eft veneratione . Atque hæc eo tandem processit , ut in ſpectaculis , Cæſaris in honorem ediris , cum ſecundo ille die , vête induitus tota ex argento admirabili opere contexta , processiſſet in theatrum , adulatores nonnulli , Regi acclamantes , Deum appellaverint , dicentes : „Propitius nobis eſto , „& licet haſtenus te veluti hominem reveriti ſimus , tamen in posterum te mortali ſorte majorem habebimus . „ p) Qua appellatione delectatus rex , neque illos objurgavit , neque impiam eorum adulationem rejicit .

## §. VII.

Convenit Agrippæ ſexto bellum adverſus ſanctos , per menſes XLII , ſeu annos tres cum dimidio , geſtum , & reportata ab eisdem victoria . Sanctos in toto hoc libro homines eſſe Christi doctrinam profeffos , extra

o) A. J. I. XIX. c. 7. §. 3.

p) Jos. A. J. I. XIX. c. 8. §. 2. Cf. Act. XII, 22.

extra omnem positum est dubitationem. Arrogabant sibi vulgo titulum illum Pharisi, sed novi fœderis scriptores Christianis eum vindicare solent, quippe longe illo dignioribus. Itaque *bellum adversus sanctos* illud est, quod Christianis infertur, infectatio eorum, oppressio, captivitas, cruciatus, cædes. Quibus rebus qui infestior Christianis fuerit Agrippa, principum Judaicorum nemo est. Consilium enim de Christianis male habendis ubi cepisset, Jacobum statim, Zebedæi filium, Johannis fratrem, occidit gladio, intelligensque gratum esse Judæis, favire in Christianos perrexit. Ex quibus & Petrum comprehensum in vincula conjectit, ut solennitate, quæ tunc agebatur, finita, suppicio ille suo jucundum præberet populo spectaculum. Elapsum vero ex carcere Petrum esse ubi cognovit, adeo ægre id tulit, ut quæstione de custodibus habita, suppicio illos tradiderit. q) Ex quo judicari potest, quanta contentione id egerit Agrippas, ut milere afflictaret Christianos, præsertim vero, ut antistites disciplinæ sanctæ e medio tolleret; scilicet fore sperans, ut iis sublati, sensim extirpetur, quam adhuc late propagassent sustentassentque, religio. Neque mirum sane est, christianæ doctrinæ infensissimum fuisse hominem, qui ritui Ju-

C 5

dai-

q) Act. XII, 1. sqq.

daico ad superstitionem usque erat addictus. Sic enim de illo JOSEPHVS: r) Ηδης  
 αὐτῷ διαιται καὶ συνεχής ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἦν,  
 καὶ τὰ πάτρια καθαρῶς ἐτήσει. Διὰ πάσης γὰν  
 αὐτὸν ἤγειραν ἀγνέιας, ἃδε ἡμέρα τις παρεώδευεν αὐτῷ  
 τῆς νομίμης χηρεύστα θυσίας. Libenter & affi-  
 due Hierosolymis degebat, & patriarchorum in-  
 stitutorum custos erat religiosissimus. adeoque  
 se ipsum in omnibus mundum purumque ser-  
 vabat; neque diem unquam unum intermit-  
 rebat, quin rem sacram ex lege ficeret. Hinc  
 & Hierosolymam ex urbe Roma reversus,  
 victimas pro gratiarum actione complures  
 immolavit, ita ut nihil a lege præscriptum  
 omiserit. Multos etiam Naziræos ipsius sum-  
 tu tonderi jussit, catenamque auream, quam  
 ipfi dederat Cajus, pondere parem illi fer-  
 rez, quæ regias manus vinxerat, tanquam  
 fortunæ tristis in melius mutata monumen-  
 tum, intra conceptum templi, supra gazo-  
 phylacium, suspendit. s) Duravit vero il-  
 lud bellum, seu ea, quam Christianis Agrippas  
 intulit, calamitas, per tres annos, & menses  
 sex. Tantum enim est illud temporis inter-  
 vallum, per quod regnum Judaicum Agrip-  
 pas tenuit, adeoque Christianis, in Iudea  
 versantibus, molestus esse potuit. Regnavit  
 qui-

r) A. J. l. XIX. c. VII. §. 3.

s) JOSEPHVS A. J. l. XIX. c. 17. §. 1.

quidem is annos in universum septem; sed tribus prioribus annis soli tetrarchia Philippi, exiguae quidem illi, præfuit, quarto vero Herodis quoque Antipæ tetrarchiam obtinuit; cui mox Judææ regnum accessit cum Samaria. Confirmemus hæc diserto JOSEPHI testimonio: t) τὸν βίον κατέγεψεν, ἀπὸ γενέσεως ἄγων πεντηκοσὸν ἔτος καὶ τέταρτον, τῆς Βασιλείας δὲ ἐβδόμον. Τέτταρας μὲν ὅν ἐπὶ Γαϊς Κάισαρος ἐβασίλευσεν ἐνιαυθὺς, τῆς Φιλίππων μὲν τετραρχίας ἐις τειεῖαν ἀρξας, τῷ τετάρτῳ δὲ καὶ τὴν Ἡρώδῳ προσειληφὼς, τρεῖς δὲ ἐπιλαβὼν ἐπὶ τῆς Κλαυδίας Κάισαρος ἀυτοκρατορίας, ἐν οἷς τῶν τε προσιεγμένων ἐβασίλευσε, καὶ τὴν Ιωδαίαν προσέλαβε, Σαμάρειάν τε καὶ Καισάρειαν. Vitam finivit Agrippas, annum agens etatis quartum & quinquagesimum, regni vero septimum. Quatuor namque sub Cajo Cæsare annis regnaverat, Philippi quidem tetrarchia potitus per triennium, quarto vero Herodis quoque tetrarchia adjuncta, tribus porro reliquis sub Claudi Cæsaris imperio exactis, in quibus & imperitabat prædictis regionibus, ac præterea Judæam accipiebat, Samariamque & Cæsaream. Idem, paulo ante, mortem Agrippæ Cæsareæ contigisse refert, postquam tertius jam annus effluxerat, ex quo totius

Ju-

t) A. J. I. XIX. c. VIII. §. 2.

Judææ regno fuerat potitus. Itaque non ante eas in regiones, in quibus Christianorum, inter Judæos Palæstinos degentium, pars vixit maxima, u) imperium obtinuit, quam anno regni , quod per septennium duravit, quarto. Superfuere igitur illi anni tres cum dimidio circiter , intra quos bello infestare Sanctos idem rex nunquam destitit. Et vicitoriam quoque ab eisdem retulit , quando Jacobum, unum e Doctoribus præcipuis, ac fortassis aliquot etiam alios, morte affecit, alios, v. c. Petrum, in carcerem conjectit.

### §. VIII.

*Septimo supplicium*, quod modo memoravimus, utrumque sumfisse de sanctis bestiam illam , verba haud obscure innuunt versus decimi : Εἰ τις αἰχμαλωσίαν συνάγει , εἴς αἰχμαλωσίαν ὑπάγει εἰ τις ἐν μαχαίρᾳ αἴποτενεται , δει αὐτὸν ἐν μαχαίρᾳ αἴποτανθῆναι , quibus tamen ipsi simul bestiæ , vel & hujus instrumentis , carcerem minatur scriptor pœnamque gladii, quasi diceret: Bestia illa capti-  
vos fecit alios , in custodiam tradidit Christianos, sed & ipsa, vel ii saltē, qui auspiciis illius, ac mandato , haud illibenter comprehenderunt innocentes vinixeruntque , carce-  
ris

u) Vivebant enim plerique in Judæa, Samaria & Galilæa, pauci quidam in Peræa.

ris supplicium non effugient. *Occidit gladio,*  
peribit & ipsa, aut ministri ejus, crudelitatis  
exsecutores strenui, eodem, vel non dissimi-  
li mortis genere. Spectant vero hæc, vel ad  
Agrippam ipsum, qui Romæ aliquamdiu in  
carere hæserat, ac tandem ab angelo Dei  
~~πατραχθεις~~ interiit; vel ad *Silam* potius, mi-  
litia regiæ præfectum, cuius opera usus haud  
dubie rex est, in capiendis Christianis sup-  
plicioque multandis. Fidelis is fuerat regi  
in omni fortunæ vicissitudine, nullius un-  
quam periculi socius esse detrectaverat, imo  
labores difficillimos, regis causa, sæpe subie-  
rat. Insolentius vero erga regem selen gerens,  
exprobrando ei sæpius studium operanque,  
iphi in adversis navatam, adeo vehementer  
tandem regis animum irritavit, ut hic iræ  
magis, quam rationi obsequens, non solum  
militia præfecturam Silæ ademerit, verum  
etiam in vincula conjecerit virum, & in pa-  
triam suam ablegarit. x) Agrippa mortuo,  
prius tamen quam rumor in vulgus, exspira-  
sse illum, emanasset, Herodes Agrippæ fra-  
ter, Chalcidis dynasta, & Helciæ, equitum  
magister, regisque amicus, uno consensu  
miserunt Aristonem, ministrorum fidelissi-  
mum, & Silam, cui inimici erant, occiden-  
dum curarunt, quasi rex id jussisset.

## §. IX.

x) JOSEPHVS A. J. I. XIX. c. VII. §. I.

## §. IX.

Itaque tam bene in Agrippam regem hic quadrant omnia, ut, an melius quadratura sint in quempiam, dubitem. Confundi autem bestia hæc non debet cum illa, quæ capite describitur XVII. Hæc enim, licet ipsa quoque capitibus instructa dicatur septem, cornubusque decem, plane aliis tamen rei symbolum est, non secus ac, quod in confessio est, draco ille septiceps, decem ornatus coronis, quem in superioribus y) scriptor sacer introduxerat: sicuti alias D. F. ostendam.

## §. X.

Nunc ad bestiam redeo, quæ post illam, de qua expositum est hactenus, extitit. *Cornua* illi tribuuntur *duo*, *agninis* similia, diciturque illa *omnem prioris bestiae potestatem*, *coram hac ipsa*, exercere, homines ad *venerationem bestiae prioris adducere*, *prodigia edere* stupenda, *notam aliquam imprimere manui dextræ aut fronti hominum*, sic ut *negociari* liceat nemini, nisi qui notam illam habeat, vel & nomen bestiæ, aut numerum saltem. Esse vero *numerum bestiæ*, h.e. nominis bestiæ, DCLXVI. Aptari, credo, singula possunt perquam commode Rabban Simeoni II. Præfidi synedrii ante excidium urbis, in quo & periit, extremo. Successerat

y) Cap. XII, 3.

rat is in munere illo splendido parenti, Gamalieli seniori, Lucæ etiam in *Actis* commemorato, z) administravitque simul recturam Academiæ Hierosolymitanæ. Audiamus de illo R. DAVID GANZIVM: a) רְכִן שָׁמְעָן (z) נֶמְלַיאֵל הַזָּקֵן הַוֹה לְנֶשְׁאָר וּלְרֹאשׁ הַיְשִׁיבָה בְשִׁנְתֵי תְהִיר ר' ח' שָׁנִים קָדוֹם הַחֲרוֹבָן כְּכֹתוּב בְסֶפֶר יוֹחָסִין דָף נ' ז' - ז' אֲשֶׁר נִהְגָּז בְשַׁעַת הַחֲרוֹבָן R. Simeon secundus, filius R. Gamalielis senioris, Praeses constitutus fuit Synedrii & Rector Academiæ Hierosol. a. DCCCX, octodecim annis ante excidium, uti refertur in libro Juchasin f.54.--- Occisus is fuit tempore excidii.

## §. XI.

Hunc igitur Simeonem Synedrii Præsidem creatum fuisse credibile est ab Herode Agrippa. Obstat quidem videri possit temporum ratio. Nempe Simeonem annis demum 18. ante excidium templi, quod ex æra vulgaris a. C. 70. contigit, dignitatem illam utramque consecutum esse refert Ganzius; Agrippam vero a. C. 44., adeoque sex & viginti annis ante excidium, vita excessisse constat. Sed non multum morabitur ista difficultas eum, qui quam parum accurate in sup-

pu-

z) Cap. V, 5. &amp; XXII, 3.

a) In Zemach David. p. I. f. m. 26. c. 1.

putandis annis versari soleant Judaorum Historici & Chronologi, adeo ut integri interdum seculi, imo plurium spatio a justo tempore aberrent, non ignorat. Itaque calculus ille Judaicus, præfertim cum antiquo & idoneo teste nullo sit comprobatus, impedire non poterit, quo minus Agrippæ regnum, & Simeonis nostri Præsidatum Regnuramque, in unum idemque tempus incidisse, credi possit. Quo assumto *duo cornua*, eaque *agnina*, ad duplēm referto Simeonis potestatē, unam, quam in Syendrio, alteram, quam in Academia Hierosol. regenda exercuit, *indolem* præferens mentiensque *agninam*, sive animum placidum & ab omni violentia alienum, dignum Doctore, nec indignum magistratu. *Potestas prioris bestiæ*, eaque *coram hac usurpata*, auctoritas est, quam Simeoni concessit Agrippas, magna quidem illa, & regia non multo inferior; quaque pollere hic illum, se regnante, voluit in rebus civilibus, sacrīs, & ad doctrinam Jud. pertinentibus. Propter quod beneficium gratum se præstare volens Simeon, gloriæ Agrippæ consulere valdopere studuit, eidemque summam apud Judæos omnes reverentiam conciliare. *Prodigia* ab eadem bestia edita, peritiam indicare suspicor *artis magicæ*, quæ in Simeone fuerit insignis. *Quod si enim à senatore concilii illius supre-*

mi quovis postularunt Judæi, ut esset בָּלְבָל, בְּשִׁפְרַת, præstigiarum peritus, ut Talmudi-  
ci, b) vel מַעֲוֹן קָסֶם וּמַכְשֵׁף, incantator, di-  
vinus, præstigiator, ut MAIMONIDES c)  
loquitur, multo magis in illustris senatus præ-  
side magiæ scientiam requisiverunt. Hujus  
autem beneficio quantas, quamque stupen-  
das res peragi posse vulgo fibi persuaserint  
Judæi, alio loco ostensum est, d) ubi simul  
qualis ars illa fuerit, explicavimus. χαραγμα  
manui dextræ, aut fronti additum, phylacte-  
ria notare videtur, quæ verum Judaismi ha-  
bita semper fuere insigne. Hæc licet sequio-  
ri ævo brachio sinistro & fronti simul appli-  
cari sueverint, illa tame ætate vel soli manui  
dextræ, vel fronti tantum adstricta fuisse vi-  
dentur. Dignosci ex illis poterat Judaicæ  
religioni ex animo deditus ab eo, qui a pro-  
fessione illius vel prorsus alienus esset, vel ri-  
tus certe ejusdem non multum curaret. Qua-  
propter omnes, quotquot in republica Ju-  
daica libere vivere cuperent commerciisque  
dare operam, phylacteria, usu quidem antea  
pridem jam recepta, posthac semper in fron-  
te præferre jussit, aut manui alligata gestare;  
ceteros vero, qui nota istac Judaismi sinceri  
uti nollent, licet ex gente Judaica orti es-

## Pars IX.

D.

sent,

- b) In *Sanhedrin* f. 17. c. 1.  
 c) In *Hilch. Sanhedrin* c. II. §. 1.  
 d) *Observat. phil.* p. II. *Obs.* V.

sent, commerciis prohiberi, imo exterminari. Quemadmodum nec eos ferri voluit, aut ad negocia admitti, qui tesseram exhibere non possent, ipsius vel nomine, vel notis saltet numeri, quem conficerent litteræ nominis, pro more haud inscriptam. Nolim tamen eos reprehendere, qui cum **GRO TIO** respici hic autumant ad illum orientis morem, quo servorum vel fronti vel manui, speciatim illi parti, quæ inter brachium & manum est, quam *carpum* vocamus, nomen imprimebatur heri, vel signum aliud, vel numeri; ut cujus essent, agnosci inde posset. Nam vel sic sensus erit commodus, hic nimirum: noluisse bestiam illam, Simeonem, reipublicæ Judaicæ societate & privilegiis frui quemquam, nisi qui servum ipsius sese profitetur, seu mandata & decreta ipsius, toriusque Synedrii veneraretur exsequereturque. Subjicit tandem, *numerum bestiæ*, h. e. nominis bestiæ, esse DCLXVI, qui numerus, uti supra demonstratum, exacte conficitur ex nomine *רַבָּן שְׁמֹנָה*, si addatur *י*, nota tituli honoris *רַבִּ*, *Docto r noster*, absque quo nomen illud nec efferi solebat, nec scribi. Compendii vero caussa non plene illum, sed litteratantum initiali, confuetudine Judæorum per vulgata, exarari moris erat.

### §. XII.

Quod si tamen forte quis pontificem a  
Johan-

Johanne signari malit Judaicum, quam Sy nedrii præsidem, neque huic deerit, quo sententiam adstruat. Nam inter pontifices quoque illius ætatis aliquis occurrit יְהוָה, quem muneri sacerrimo præfecit Agrippas. *Si mon* is est, cognomine *Cantheras*, cuius familia affinitate conjuncta erat Herodianæ. De illo hac habet JOSEPHVS : e) Εὐτελῶς δὲ ὁ Θρησκέυσας τὸν Θεὸν Αγρίππας, Θεόφιλον μὲν Ἰων Ανάνι τῆς αρχιερωσύνης μετέποσεν. Τῷ δὲ Βοηθῷ Σίμωνι, τῷ τῷ Κανθηρᾶς ἐπίκλησις ἦν, τὴν ἐκείνη προσένεψε τιμήν δύο δὲ ἥσταν ἀδελφοὶ τῷ Σίμωνι καὶ πατέρῳ Βοηθῷ, δὲ τῇ θυγατρὶ βασιλεὺς συνώκησεν Ηρώδης, ὃς ἀνωτέρω δεδίλωται. σὺν τοῖς ἀδελφοῖς δὲ τὴν ἴερωσύνην ἔχεν ὁ Σίμων, καὶ σὺν τῷ πατέρι, καθὰ καὶ πρότερον ἔχον ὁ Σίμωνος τῷ Ονίᾳ παῖδες τρεῖς ὄντες, ἐπὶ τῆς τῶν Μακεδόνων ἀρχῆς, ὅπερ ἐν ταῖς προαγγεσταῖς γραφαῖς παρέδομεν. Cum itaque omnia, quæ ad cultum Dei pertinerent, rite præstiteret Agrippa, Theophilum quidem, Anani filium, submovit a summo sacerdotio; δὲ Boëthi filium Simonem, cognomine Cantheram, in ejus locum substituit. Erant autem Simoni fratres duo δὲ Boëthus pater, cuius filiam Herodes rex uxorem duxerat, quemadmodum supra declaravimus. Tam igitur ipse, quam pater δὲ fratres pontificatum adeptus est,

D 2

e) A. J. l. XIX. c. VI. §. 2.

est, uti etiam Simonis Oniae filii tres, sub imperio Macedonum, quod in superioribus memoravimus. Ad quæ recte capienda observari nonnulla necesse est. Scilicet Boethus ille, cuius filius fuisse dicitur Simon Cantheras, idem est, quem Simonem alio loco f) vocat JOSEPHVS, & Boethi cujusdam Alexandrini filium, sacerdotem, virumque illustrem praedicat. Hujus filiam, Mariamnem, omnium ejus temporis formosissimam, amore deperiens Herodes Magnus, Agrippæ avus, matrimonio eam sibi junxit; parentem vero honoribus auxit, collato in eum pontificatus honore. Quando igitur Simonem Cantheram Boethi filium hoc loco dicit Josephus, colligitur sane hinc, non parentem solum saceri Herodis, sed sacerorum etiam ipsum Boethi nomen geffisse. Diuturnus quidem honor iste Simoni Cantheræ haud fuit. Mox enim Αγρίππας ὁ βασιλεὺς ἀφέιλετο τὴν ἵερωσύνην τὸν Κανθηρᾶν Σίμωνα, Ιωνάθην δὲ πάλιν ἐπ' αὐτὴν ἤγε τὸν Λαάνα, τότον ἀξιώτερον τῆς τιμῆς ὄμολογῶν ἔτιναι, Agrippas pontificatum, Simoni Cantheræ erexit, Jonathæ Anani filio restitutum ibat, hunc ipsum honore digniorem esse præ se ferens. g) Quamquam Jonathas honorem illum detrectavit, &, ut Matthiæ fratri deferetur

f) *Antiq. Jud.* l. XV. c. IX. 3.

g) *Jos. A. J.* l. XIX. c. VI. §. 4.

retur, petiit impetravitque. At potuit tamen Simon intra tempus etiam breve graviter affligere cœtum Christianum, in Palæstina de gentem. Hæc igitur mea de bestia illa, cuius nomen numerum complectatur DCLXVI, conjectura est, qua si quis meliorem afferat, non invidebo profecto, sed gaudebo, ut decet hominem, cui veritatis studium curæ est cordique.

## OBSERVATIO III. \*

DE NVMINE ISRAELIS  
TVTELARI.

Pf. CXXI.

## CONSPECTVS.

Providentie tutelæque divinae meditatio assidua pie-  
tatem alit, & tranquillitatem afferit animo. Illius  
causa instituta solennitas Michaeli sacra, laudan-  
da quidem illa, licet a fabula quadam ducat ori-  
ginem. §. I. Psalmus centesimus vigesimus primus,  
quo providentia supremi Numinis presidiumque  
devotissime celebratur, proponitur. §. II. Inscribi-  
tur psalmus canticum graduum, quia unus est e  
quindecim illis, quos solennitate συνορθητας no-  
ēturna, ad instrumentorum musicorum concentum,  
ex quindecim gradibus, per quos ex atrio femi-  
narum ad illud Israelitarum ascendebat, voce

D 3 ca-

---

\* Programma est, publico Academiæ nomine scri-  
ptum, & die Michaelis festo A. MDCCXXXII.  
propositum.

canora recitabant Levitæ. Quæ tituli ratio argumentis firmatur quatuor. §. III. Generatim de oda hæc sacra observandum (1) spectare eam ad gentem Judaicam universam. (2) Compositam videri post exilium Babylonicum; (3) recitatam vero a cœribus Levitarum duobus. (4) Opponi in illa perpetuo Diis gentium fictis Numen verum. §. IV. Ad montes oculos sese tollere dum ait ecclesia Judaica, idem se, quamvis animo rectiori & effectu meliori, agere profitetur, quod gentes agere solent ceteræ, opem divinam implorantes. His enim ad montes concurrere solenne erat, quod in iis potissimum versari Deos existimarent: unde & fauna ac delubra in montibus maxime siveverunt exstrui. Nonnullæ ipos etiam montes pro Diis habuere atque coluere; ut Atlantis, Cogæoni & Carmeli accolæ. Perse etiam montibus consensibus precabantur, remque sacram faciebant. §. V. Custodem Israelis vocans Deum psaltes, ad numina respicit tutelaria, de quibus gens & civitas olim qualibet gloriabatur. Nomina eorum Graeca & Latina. Plures interdum Dii uni regioni praefecti. Custodem Israelis dormire negat psaltes, adeoque secus affectum esse docet, ac Deos gentium, quibus somnus solebat tribui. Providentia Dei erga gentem Judaicam exteris etiam agnita. §. VI. Protectio divina apte comparatur cum umbra, grata scilicet hominibus sub cælo viventibus servido. Latini etiam sic loquuntur. §. VII. Sol & luna quo sensu ferire dicantur. Lunæ percussio de frigore accipienda nocturno, quod a luna profici fuit creditum. Milesii morbos quoque a luna provenire existimarunt. Aestus diurnus & frigus nocturnum calamitates denotant, præsertim publicas. Forsan etiam ad Assyrios respicitur atque Babylonios, solis

*lis lunaque cultores. §. VIII. Versu septimo fore  
promittitur, ut rempublicam Israeliticam immu-  
nem præstet Deus ab omni calamitate, salutemque  
eius curet. §. IX. Egressus & ingressus actus vi-  
tae omnes, publicos privatosque designat. §. X. Ad  
gratam perceptæ providentia divina recordatio-  
nem, & ad vitam sic instituendam, ut præsidio di-  
vino & angelico singulari porro etiam liceat per-  
frui, cohortatio. §. XI.*

PRORECTOR ET SENATVS  
ACADEMIÆ JVLIÆ  
CIVIBVS SVIS

S. P. D.

§. I.

**S**I quid est, Cives carissimi, quod pietatem  
Salere possit atque sustinere, quod tranquili-  
tatem afferre animo atque conservare, me-  
ditatio certe est assidua providentia, qua  
mundum regit ac gubernat aeternum Nu-  
men, tutelæque, qua saluti hominum idem  
consultit. Pietatis nutrimentum est, quia ve-  
nerationem auget & fiduciam erga Numen,  
quod incredibili sapientia, cura & benigni-  
tate ineffabili, universum hoc moderari, re-  
busque mortalium prospicere, homo intel-  
lit : Tranquillitatem parit augetque, quo-  
niam efficit, ut pro certo credat homo, ni-  
hil sibi, si quidem offici sui partes omni  
studio expleat, & neque improbitati neque

D 4

deli

desidiæ fœse tradat, eventurum, nisi quod salutare sit : Et licet mala interdum videantur, quæ contingent, exitum tamen fore optimum. Quod diligenter qui cogitat, is sane patienter feret adversa, & periculis obsecus bono erit animo, præsidio confisus divino, ac totum se, resque suas omnes, Deo providentissimo permittet. Animo autem sic conformato quid pacatius esse potest, quid tranquillus ? Quamobrem nimia esse vix potest consideratio illa, qua, quantopere a Deo currentur mortales atque protegantur, ad annum quis revocat. Illam igitur qui stato quotannis die in cœtu Christiano publice jussserunt suscipi, eaque de caufsa festum instituerunt Michaelis archangeli, non male profecto de religione, ipsaque hominum felicitate sunt meriti. Sit origo festi superstitioni cuidam tribuenda. Sit facta illa archangeli apparitio, qua motus Apuliæ Præsul, cui obtigisse ferunt, speluncam quandam montis Gargani, eadem in Apulia, pro templo dedicasse dicitur Angelorum principi, & solennitatem, in honorem ejus, constituisse anniversariam. Occasionem interdum ipsa etiam superstitionis institutis dedit præclaris atque utilissimis. Culpet quis fidem fabulæ habitam, sed non culpet ritum, a fabula quidem ortum, sed ita tandem a superstitione perpurgatum, ut displicere nec iis nunc possit,

fit , quibus mens est ab omni ~~desiderio~~ alienissima . Quid enim , quæsumus , nunc agit festo hoc grex Christianorum purior ? Hoc agit , ut ingens illud devoto pectore animoque grato prædicet beneficium , quod procuratione rerum humanarum benignissima in homines confert supremum Numen , & quo custodes eisdem dat spiritus cœlestes , qui ipsos tueantur , & a malis defendant . Quod quis adeo ab omni pietate derelictus est , ut reprehendere ausit ? Habeatis ergo , Cives , diei hujus religionem vobis quoque commendaram , animumque illo nobiscum piis pascatis cogitationibus ex oda illa sacra , quæ psalmorum in libro locum tenet centesimum vigesimum primum , ac in illis eminet , quibus providentia & tutela , qua mortale genus fovet Deus , celebratur . Sistemus illam ob oculos vobis , quia brevis est , integrum , interpretatione aliqua deinceps declarandam .

## §. II.

v. I. שׁוֹר לְמַעֲלוֹת אָשָׁא עַנִּי אֶל הַזְּרוּם  
 מֵאֵין יְבוֹא עַזְּרוּ : 2. עַזְּרוּ מִעַם יְהוָה עַשְׂרֵה  
 שְׁמֵיס וְאַרְצָה : 3. אֶל יְתָן לִמּוֹת נְגַלָּךְ אֶל  
 יְנַסְּךְ שְׁמַרְךְ : 4. הַנְּהָה לֹא יְנוּם וְלֹא יְשִׁן  
 שְׁמַר יִשְׂרָאֵל : 5. יְהוָה שְׁמַר יְהוָה צָלָל  
 וְדַיְמֵינָךְ : 6. יוֹמָס הַשְׁמֵשׁ לֹא יְכַח וְיַרְחֵךְ  
 בְּלֹלוֹתָךְ . 7. יְהוָה שְׁמַר מִכֶּל רָע יְשַׁמֵּר אֶת  
 נְפָשָׁךְ :

D 5

נפש : 8. יהוה ישמר צהך ובודך מעהך  
רוּד עוֹלָם :

v. 1. Canticum graduum. Tollo oculos meos ad montes. Auxilium meum undenam proficitur ? v. 2. Auxilium meum a Jehova venit, cœli terræque conditore. v. 3. Non patietur is vacillare pedem tuum, nec dormitat qui custodit te. v. 4. Non dormitat, inquam, nec dormit custos Israëlis. v. 5. Jehova custos tuus, Jehova umbra tua est super manum tuam dextram. v. 6. Non feriet te sol interdiu, aut luna noctu. v. 7. Jehova custodiet te contra omne malum, custodiet vitam tuam. v. 9. Jehova custodiet exitum tuum & ingressum tuum, ab hoc tempore in perpetuum.

### §. III.

שיר למלאות Inscrifbitur, ut videtis, psalmus canticum graduum, sive pro gradibus, quo titulo & psalmus proxime præcedens, & qui hunc excipiunt quatuordecim, ad CXXXV usque, insigniuntur. Rationes inscriptionis & expositiones afferri solent variæ ab interpretibus : in quibus R. DAVID KIMCHI, a) ideo sic appellatos fuisse contendit psalmos

a) אלה שיר המעלות In Commentar. ad Ps. CXX, 1.  
הם חמישה עשר ואמרו כי היו אמורים  
אתם והלוים בחמש עשרה מרגשות שהן  
ברור

mos memoratos quindecim, quod decantari a Levitis fuerint ex gradibus illis quindecim, per quos ex seminarum atrio, in templo Hierosolymitano, ad istud Israelitarum ascendendum erat. Provocat Kimchi ad Doctorum Talmudicorum auctoritatem, qui Levitas referunt, b) dum in atrio seminarum

בחר הבית בין עזרת ישראל לעזרת נשים  
שהיו עליכם בהם מעזרת נשים לעזרת  
ישראל ואומרים שיר אחד במעלה אחד

*Ad psalmos hosce quindecim, ex gradibus inscriptos, quod attinet, tradunt Doctores nostri, quod Levitæ illos decantarint super gradibus quindecim, in monte templi, inter atrium Israelitarum & atrium seminarum positis, per quos ex atrio seminarum ad illud Israelitarum ascendebatur. Recitati autem fuere psalmi super gradibus singulis singuli,*

b) *In Middot cap. II. sect. V.*  
*עלות מתוכהן לעזרת ישראל כנגו טז*  
*מעלות שבתולים שעלייהן והלויים אומרים*  
*בשיר לא הווע טרוטות אלא מוקפות כחצץ*  
*גורן עגולה Gradus quindecim educti fuerant*  
*ex atrio seminarum ad atrium Israelitarum, re-*  
*spondentes psalmis graduum quindecim psalmo-*  
*rum in volumine. His gradibus, qui non recti*  
*erant, sed hemisphaerici, insisterebant Levitæ, can-*  
*tioni (psalmorum illorum) operam dantes. Et in*  
*הלויים בכוננות ובגבירות*  
*ובמצחתיים*

rum nocturna ageretur festi tabernaculorum solennitas, qua nulla unquam, si Judæis credimus, illustrior fuit, gradibus modo indicatis insistentes, psalmos illos, & ex gradibus quidem singulis singulos, ad instrumentorum musicorum concentum, esse modulatos. Cui Judæorum cum veterum tum recentiorum de titulo illo, (quem LVTHERVS noster reddidit, *ein Lied im höhern chor*) sententia ut subscribatur, rationes movere possunt quatuor. I. Vocis מעלת, maa-leh, significatus maxime proprius, ac fere perpetuus is est, quo gradum notat, per quem ex loco humiliori ascenditur ad altiorrem. Recte igitur exponitur formula, שיר מעלות vel למעלות, canticum graduum, seu *ex gradibus recitandum*. II. Inter omnes antiquitatis Hebraicæ peritos constat, sueuisse psal-

ובמצלתים ובחרצורת ובכלי שיר בלאז  
מספר על חמשה עשר מעלות הורוות  
מעורת ישראל לעזרת נשים כנגו חמשה  
עדר שיר המעלות שבתווילים שעליות  
לום עומרים בכל שיר ואומרים שורה  
*Levitæ cum citharis, nabiis, cymbalis, tubis aliisque instrumentis musicis innumeris, constituti super quindecim gradibus ex atrio Israelitarum ad atrium seminarum deducentibus, respondentibusque quindecim illis canticis graduum, qui psalmorum in libro extant, voce & instrumentis suaviter concinebant.*

psalmos in templo a Levitis voce recitari canora, concinentibus instrumentis musicis. Itaque non alibi, quam in templo, quæri oportebit gradus, de quibus agitur. III. Numerus psalmorum inscriptione ista notatorum exacte respondet numero graduum, ex atrio feminarum ad illud Israelitarum ducentium. Psalmi sunt XV, gradus erant totidem. Paratum quidem Levitis odeum fuerat etiam aliud, ubi quotidie canerent, idque pariter super gradus, illos puta, quibus atrium Israelitarum ab atrio distinguebatur sacerdotum; sed erant illi non nisi quatuor. IV. Valere utique hujusmodi in rebus multum debet Talmudicorum auctoritas, quorum non pauci & templum viderunt superstes, & cultum Dei publicum in eo florentem, adeoque ritus hujus omnes accurate habuere cognitos.

#### §. IV.

Porro observanda generatim de psalmo hoc sunt quatuor. I. Spectare eum, uti spectant complures alii, non ad hominem aliquem singularem, sed ad gentem Judaicam universam. II. Compositum videri post exilium Babylonicum; III. recitatum vero a choris, sive coetibus Levitarum duobus, quorum unus personam sustineret totius populi, alter huic per antiphonam quandam responderet. Prior chorus versus cecinit duos pri-

primos ; alter vero reliqua. IV. Opponi hic perpetuo Diis gentium fictis Numen verum, quod Israelitæ adorent : sic ut doceatur, Israëlis Deum vere potentem esse, ac prospicere hominibus eosdemque tueri ; cetera vero, quæ superstitione colat, numina nec juvare cultores suos posse, nec cura eorum ulla affici. Quibus introductionis loco præmissis, verba psalmi sigillatim nunc expendemus.

## §. V.

*Tollo, inquit ecclesia Judaica, oculos meos ad montes*, desiderium exprimens enixum, quo auxilium tutelamque, ex montibus sibi adventuram, appetat & exspectet. Montes vero intelligit eos, quibus Hierosolymorum urbs, illum maxime, cui templum insidebat, Dei habitaculum. Hunc se adire ait, aut vultum saltē ad eum convertere, dum auxilium petat. Innuit igitur, idem se se quidem agere, quod gentes agant alia, quibus ad montes respicere & concurrere soleme sit, auxiliū impetrandi caussa ; agere vero & animo rectiori, & effectu meliori. Persuasum enim gentibus plerisque erat, Deos in montibus potissimum versari : quo circa & templo ac delubra in montibus maxime solebant exstrui. Nec dubitarunt aliquæ montes pro numinibus habere ipsi, & tanquam Deos colere. De templis, montium in cumine positis, nota satis res est. Ecquis enim

nim *Parthenona* ignorat, sive Minervæ templum, Athenis in excelsa rupe, quis sanum Apollinis Delphici in Parnassi montis fastigio, quis Veneris Corinthiæ in summo Acrocorinthi vertice, quis Jovis Atabyrii in monte Rhodi insulæ altissimo, Atabyro, quis Veneris Acrææ in promontorio Cypri insulæ, Olympo, collocatum? Et cui denique Jovis Olympii non dictum templum est, quod Roma habuit in summo colle? Ac Jovi quidem, Deo quippe supremo, in universi οὐρανῷ ὁρατόν, Ολυμπον καὶ Ιδην, καὶ εἰ τε ἄλλο ὅρος πλησιάζει τῷ θεατῇ, culmina montium, Olympum & Idam, & si quis præterea montium cælo esset proximus, consecrarent veteres, testante MAXIMO TYRIO. c) Montes vero ipsos quoque Deorum loco fuisse cultos, idem confirmat philosophus. De Atlantis enim accolis, & de Libyæ habitatoribus refert, d) quod Atlas illis καὶ ιερὸν, καὶ ἄγαλμα, καὶ θεὸς, καὶ ὅρκος, templum sit, simulacrum, Deus, & jurejurando testis invocetur. Et de Cappadocibus, e) quod montem (Κογαιωνον, Cogæonum, vocat STRABO) f) καὶ θεὸν, καὶ ὅρκον, καὶ ἄγαλμα, & Deum habeant, & iurandum, per quem iurandum

c) *Dissertat.* XXXVIII. p. 378.

d) Ibid. p. 383. 384.

e) Ibid. p. 385.

f) *Geograph.* I. VII. p. 457. edit. Almel.

dum præstetur, & statuam. Quid? quod in ipso Palæstinæ littore Carmelum montem nobis memorant Cornelius Tacitus & Suetonius Tranquillus, Dei nomine appellatum.

TACITVS: g) *Est Judeam inter Syriamque Carmelus, ita vocant montem Deumque. Nec simulacrum Deo, aut templum, (sic tradidere majores) aram tantum & reverentiam.* Recte ad hæc VOSSIUS: h) „Significat Tacitus montem & Deum esse, & Dei sedem ac fanum. Nullum enim in eo templum, ut Tacitus indicat: sed ipse mons Carmelus quasi templum erat naminis: immo & corpus ejus. Nam Carmelus Deus constabat genio loci, & vasto montis corpore.,, SVETONIUS: i) *Apud Judeam Carmeli Dei oraculum consilentem (Vespasianum) ita confirmavere sortes, ut quicquid cogitaret, volveretque animo, quamlibet magnum, id esse proventurum pollicerentur.* Ipsí etiam Perīæ, licet a templis, aris statuisque erigendis abhorrent, moris tamen habebant, editissimis quibusque consensis montibus, precari Deos hostiasque eisdem immolare. k) Hinc Cyrus legimus apud XENO-

g) *Histor.* I. II. c. 78.h) In annotat. *Var. ad SVETONII T. Flav. Vespasianum* c. 5.

i) Loco cit.

k) Vid. HERODOTVM I. I. c. 131. STRABONEM *Geograph.* I. XV. p. 1065.

ΧΕΝΟΡΗΟΝΤΕΜ, I) λαβόντα ιερά τούς  
 σαι Διού τε πατέρων καὶ ἡλίῳ καὶ τοῖς ἄλλοις Θεοῖς  
 ἐπὶ τῶν ἀπέρων, ὡς Πέρσαι Θύγοι, ἐπευχόμενον,  
*sumtis hostiis, Fovi patro, & Soli, & Diis*  
*ceteris in summis montium jugis, more Per-*  
*sis recepto, rem divinam fecisse, precesque con-*  
*cepisse.* Istum igitur communem populo-  
 rum morem, quo opis indigentes ad mon-  
 tes se recipiebant, se quidem sequi profite-  
 tur ecclesia Israelitica, sed citra supersticio-  
 nem sequi, & citra persuasionem illam in-  
 anem, quasi vel a montibus ipsis, vel ab illis  
 Diis, quos præsentes ibi vulgo fingerent gen-  
 tes, quidquam proficisci possit auxilii. Se  
 Deum quærere & invocare, ultra quem ni-  
 hil sit omnino, qui fons & origo sit rerum,  
 qui cœlum ipsum terramque condiderit.  
 Hinc statim subjecit: **מן וברא עזרך**, quæ  
 verba, quoniam usus particulæ ita ex-  
 igit, cum interrogatione proferri oportet.  
*Auxilium meum undenam advenit?* An for-  
 te a montibus ipsis, aut a Numine quodam  
 montes sic, ut stolida fert aliorum opinio,  
 possidente? Minime vero. *Auxilium meum*  
*a Jehova obtingit, cœli terræque conditore,*  
 non a Diis aliis, quippe qui nihil valent effi-  
 cere, aut producere, opemque afferunt nul-  
 lam. **אכן לשקר מבאות רחמן והוים אכן**

*Pars IX.*

E

בירהורה

I) *Cyropaed. l. VIII. p. 233.*

בַּיְהֹוָה אֱלֹהֵינוּ תִשְׁעוּתָה יִשְׂרָאֵל  
*Profecto frustra a collibus exspectamus auxilium, aut a multitudine montium. In Jehova certe, Deo nostro, salus est Israelis,* inquit Jeremias. m)

## §. VI.

Occinit nunc chorus Levitarum alter:  
*Non patietur Jehova vacillare pedem tuum.*  
 Non permettit is, ut in pericula incidas magna, o gens Deo cara! aut, si forte incidris, ut eisdem succumbas. *Neque enim dormitat qui custodit te.* Gloriabatur olim gens & civitas fere quilibet de Numine aliquo, quod peculiariter ipsam tutaretur. Græci ejusmodi Deos πατεράς vocabant, Εγκωρίς, seu Εγγενεῖς, Σωτῆρας, ΦΥΛΑΚΑΣ, Εποψίς, Εσιθχεῖς, Πολιάρχες & Πολιάδες; Latini Patrios, CVSTODES, TUTATORES, Propugnatores, aliisque id genus nominibus appellabant. Sic e. c. Ægyptus in Isidis, Creta in Jovis, Samos insula in Junonis, Bœotia in Neptuni, Delphorum urbs in Apollinis, illa Athenarum in Minervæ, Attica universa partim in Neptuni, partim in Minervæ tutela credebatur posita. Interdum enim uni regioni Dii præficiabantur plures, ex quibus tamen ille, qui maxime fovere & tueri regionem putabatur, ideoque honore quodam præcipuo afficiebatur, ὑπάτος χώρας, summus

re-

m) Cap. III, v. 23.

*regionis dicebatur. Quo illa spectant Aeschylus: n)*

Νῦν χαῖρε μὲν χθῶν, χαῖρε δ' ἡλίς Φάσος,

Ὕπατός τε χώρας Ζεὺς, ὁ πύθιος τ' ἄναξ.

*Nunc tu salve terra, salve solis lumen,*

*Et maximus regionis Deus Jupiter, & Pythius Rex.*

Illum igitur morem respiciens Psaltes significare voluit , gentem quoque Israeliticam Numine quodam tutelari neutiquam carere, imo vero tali gaudere , quod & potentius longe sit Diis ceteris omnibus , & majori multo cura pro salute populi sui excubet invigiletque. Non dormitat , ait , qui custodit te . Non dormitat, inquam, neque dormit custos Israe lis. Apud gentes nonnullas adeo altæ erant stirpes stultitiae , ut Deos suos somnum interdum capere sibi persuaderent. HOMERVS de Diis Græcorum omnibus, ac speciatim de Jove, illorum præside: o)

Αυτὰρ ἐπεὶ κατέδυν λαμπρὸν Φάσος ἡλίοιο,

Οἱ μὲν κακιέουντες ἔβαν δικόνδε ἔκαστος,

Ηχι ἐκάστῳ δῶμα πεζίνητος ἀμφιγυήεις

ΗΦαιστος πάντῃ ἐιδύηστι πραπίδεσσι.

Ζεὺς δὲ πέρὸς ὃν λέχος ἦι ὀλύμπιος ἀτεροπητῆς,

Ενθα πάρος κοιμᾶθ', ὅτε μιν γλυκὺς ὑπνος ἴκανει·

Ἐνθα καθευδ' αναβάτ' παρὰ δὲ χευσόθρονος Ἡρη.

E 2

At

n) In *Agamemnon*. v. 518.

o) *Iliad*. I. v. 606.

*At postquam occidit splendidum lumen solis,  
 Hi quidem (Dii), cubitum ituri, abierunt  
 domum quilibet,  
 Vbi unicuique domum inclitus claudicans  
 utroque pede  
 Vulcanus ædificaverat, sapienti mente.  
 Jupiter vero ad suum lectum ivit, cœlestis  
 fulgorator.  
 Vbi antea cubabat, cum ipsum dulcis so-  
 mnus occupabat:  
 Ibi cubuit ascendens: juxta vero aureum so-  
 lium habens Juno.*

Neque sane minus desipuisse orientis, ipsiusque Canaanis habitatores supersticiosos, ex eo potest colligi, quod Elias Baalis sacrificulis per irrisiōnem, *clamate*, inquit, p) alta voce, *אָלֹה יְשָׁׁׁן הוּא*, fortasse dormit ille (Deus vester,) ut excitetur. Hæc enim non dicturus fuisse viderur vates religiosissimus, nisi, somno sese dare solere Deos, opinati fuissent homines vani, cum quibus de vera religione certamen ille tunc inierat. Israelitarum vero Numen ita affectum esse negat psaltes, & contra illud, sine ulla intermissione, hominum, Israelitarum cumpromis, curam gerere confirmat. Quæ cura signis adeo claris manifestata fuit, ut exterorum etiam aliqui illam agnoverint admirati que sint. Petronius certe, homo Romanus,

lit-

---

p) I. Reg. XVIII, 27.

litteris ad Cajum Cæsarem, qui statuam suam in templo Hierosolymitano, vi adhibita, collocari jussicerat, Θείς τῇ προστηνότος τῶν Ιεδαιῶν τὴν δύναμιν ὡς ἀνέραφην ἀπέφανε, καὶ μηδὲν ἐνδοίασον ἐπὶ δύναμιν τὴν αὐτῆς ἐπιδέκουσθαι πεταλιπήσαν, Dei, qui Judæis præcesset, providentiam atque potestatem, utpote manifestam, ostendit, ac ut talem, quæ nihil relinquerebat dubii ad vim ejus demonstrandam, verba sunt JOSEPHI. q)

## §. VII.

Pergit psalmes : *Jehova custos tuus, Jehova umbra tua est super manum tuam dextram.* Figura utitur, ab umbella, quam, ut fieri solet in regionibus calidioribus, manu quis tenet dextra, ut a radiis solis corpus suum defendat, petita. Indicat vero, Deum protectione sua gentem Israeliticam tutam præstare ab omni calamitatum æstu. Visitatissimum scilicet scriptoribus sacris est, tutelam divinam cum *umbra* comparare. Apte quidem. Nam uti *umbra* grata admodum accidit hominibus, iis præsertim, qui sub cœlo vivunt fervido, & ex solis ardore molestias sentiunt haud exiguae : ita nihil est, quod magis recreare & levare possit hominem periculis vita expositum, ærumnisque pressum, quam præsidium divinum. Latini etiam scriptores

E 3

sic

---

q) *Antiquit. Jud. I. XVIII. Cap. VIII. §. 6.*

sic aliquando loquuntur, ut *umbram* pro tutela ponant sive præsidio. Sic apud **LIVM** r) Aristhenes Achæis suis, suadens ut cum Romanis ineatetur societas. *Nolite*, inquit, quia *ultra Romani petunt amicitiam*, id quod optandum vobis ac *summa ope* petendum erat *fastidire*, metu enim videlicet compulsi in aliena terra, quia sub *umbra auxilii vestri latere volunt*, in *societatem vestram confugunt*, ut *portubus vestris recipiantur*, ut *commeatibus utantur*. Idem historicus de oppidi Emporiarum incolis: s) Erant etiam eo *tutiores*, quod *sub umbra Romanæ amicitie latebant*, quam sicut *minoribus viribus*, quam *Massilienses*, ita pari colebant fide,

### §. VIII.

Quæ vero ex tutamine divino redundatara in populum Israeliticum sit utilitas, quæ securitas, statim explicatur verbis: *Interdiu sol te non feriet, aut luna noctu.* Sol ferire dicitur, cum radiis suis graviter corpus afficit, illud debilitat languidumque reddit. Luna autem quomodo ferit? Dócer oppositi ratio, lunæ percussionem de frigore accipiendo esse nocturno. Hoc nimirum, præsertim post noctem medium, orientis in regionibus, quemadmodum & recentiori atque

r) Lib. XXXII. c. 21.

s) Lib. XXXIV. c. 9.

te peregrinatoribus est observatum, grave & molestum est, quia frigus etiam leve, propter poros calore diurno patentiores factos, facillime ibi sentiunt corpora. Hinc Jacobus patriarcha *interdiu aestu, noctu vero frigore se absuntum fuisse* ait. t) Sic Jeremias etiam propheta קָרְבָּלָה, *frigus nocturnum, conjungit cum aestu diurno.* u) Illud vero frigus cur lunæ attribuitur? Scilicet uti a sole aestus proficiscitur diurnus; ita lunam (quod fidus nocti praefesse Moses x) dixerat) pro fonte & effectrice frigoris nocturni habuisse videntur, qui ad solem orientem incolebant. Fortassis & morbos quosdam a luna provenire fuit creditum. Milesii certe in Jonia morbos pestilentes, imo mortes sponte accidentes, non ad solem tantum, verum etiam ad lunam, tanquam ad caussam, referre consueverunt. STRABO: y) Καὶ ὅτιος δὲ καὶ ἡ σελήνη συνοικεῖνται τάποις ὅτι τῆς περὶ τὰς αἴρας ἐνυρασίας ἀιτοι. Καὶ τὰ λοιμῶα δὲ πάθη, καὶ τὰς ἀυλομάτας θανάτους τάποις ἀναπτύγονται τοῖς θεοῖς. His (Apollini & Diana) sol & luna accommodantur, quia penes eos est potestas aëris temperandi; quin & pestilentias & mortes sponte accidentes iis imputant. Fa-

E 4

cile

t) Genef. XXXI, 39.

u) Cap. XXXVI, 30.

x) Gen. I, 16.

y) Geograph. l. XIV. p. 942.

cile autem patet, per æstum diurnum, & frigus nocturnum, omnis generis & temporis hic intelligi ærumnas, miseras, calamitates, præsertim publicas, populo universo graves. Iстis igitur minime afflictumiri significatur Israëlitæ, divino præsidio munitos. Forsan & respectus hic latet ad Assyrios & Babylonios, quos solem lunamque, tanquam Deos, veneratos esse constat: ut ita sol & luna pro siderum istorum ponantur cultoribus, hoc sensu: non affliger te amplius, terram tuam non diripient ac vastabunt, nec incolas ejus in exilium posthac abripien, qui solem lunamque adorant, h. e. Assyrii atque Babylonii.

## §. IX.

Explicatus mox loquitur psalmes: *Jehova custodiet te contra omne malum*, rempublicam tuam ab omni calamitate immunem præstabit in posterum, non sinet everti illam denuo, si tu quidem ita, ut decet, semper teste gesseris; imo membra reipublicæ singula benignissime tuebitur. *Custodiet vitam tuam*, salus reipublicæ tuæ curæ illi erit, nec patietur, ut quidquam illa capiat detrimenti: curabit etiam salutem civis cuiusque.

## §. X.

Concludit tandem: *Jehova custodiet exi- tum tuum & ingressum tuum, ab hoc tempore in*

*in perpetuum.* Egressus & ingressus actus vita omnes, qua publicos, seu qui foris, qua privatos, seu qui domi suscipiuntur gerunturque, denotat. Itaque fore indicatur, ut consilia & cœpta Israelitarum omnia fortunet Deus, successuque beat prospero.

## §. XI.

Audivistis, Cives, psalten, de tutela, in quam populum Israeliticum Deus receperit, præclare differentem. Non dubitamus, quin quisque etiam Vestrum, si in vitam suam superiorem accurate inquirat, sit in illa providentia divinæ vestigia & documenta manifesta deprehensurus. Hæc igitur uti quovis tempore alio, ita hoc etiam die memoria vobisçum recolite, & quam gratissimi concelebrate. Omnem vero vitæ vestræ rationem ita conformate, ut porro etiam summi Dei, ministrorumque ejus cœlestium praedium singulari possitis perfriui. Perfruemini autem, ut sacræ Vos docent litteræ, z) si *Deum revereamini*, h. e. si veræ pietati, probitati morumque innocentiae studeatis, legumque divinarum atque humanarum, quod artium liberalium cultores maxime decet, vivatis observantissimi. Id si feceritis, pericula, quæ vitam academicam varie circumstant, salvi evaderis, felicitatique Vestræ optime consuletis. P.P. ad d.XXIX. Sept. A.C. MDCCXXXII.

E 5

OB-

z) Pf XXXIV, 8.

## OBSERVATIO IV.

## DE ELEMENTIS MUNDI

Ad Gal. IV, 3.

Οὐτω καὶ ἡμεῖς, ὅτε ἦμεν νήπιοι ὑπὸ τὰ σοιχεῖα  
τῆς πόσμους ἦμεν δεδηλωμένοι.

*Ita etiam nos, quum infantes essemus, sub  
elementis mundi eramus in servitutem re-  
dacti.*

## CONSPECTVS.

Στοιχεῖα τῆς πόσμου dogmata sunt Iudaismi, imperfe-  
ctiora illa, & ad accuratam rerum divinarum co-  
gnitionem veramque felicitatem asequendam mi-  
nus comparata §. I. Κόσμος in N. T. de sola in-  
terdum usurpatur Iudeorum regione; & per me-  
tonymiam de illius habitatoribus, imo de Iudeis  
etiam universis. Sic βασιλεῖαι τῆς πόσμου Matth.  
IV, 8. regiones terrae Judaica omnes sunt. Βασι-  
λεῖα ditio dicitur quilibet, uti βασιλεὺς princeps  
quivis. Quomodo Plinius etiam tetrarchias regna,  
Cicero Dejotarus tetrarcham Regem appellarunt.  
§. II. Paullo etiam Abramus αληρονόμος vo-  
catur τῆς πόσμου, heres mundi, quod ejus posteri-  
tas obtentura esset Canaanem. §. III. Porro in ver-  
bis Iohannis: καὶ ὁ πόσμος εκ ἔγνω αὐτὸν, &  
mundus non agnovit illum, πόσμος Judei sunt, §.  
IV. Accipiendam vero vocem præsenti in loco de  
Iudeis esse, ex loco patet alio, qui nostro huic pla-  
ne geminus est, Coloss. II, 20. ubi μὴ ἄψη, μηδὲ  
γευσθῇ, μηδὲ θίγῃς, ne tangas, neque gustes, neque  
contrectes, Doctorum Iudaicorum scita sunt &  
de-

decret. Vaerbum ἀπτεθαι ad cibos referendum immundos, quos attingere nefas judicabant Pharisai. §. V. Γεύεθαι ad cibos pertinet, & ad potionis immundas, a quibus idem genus studiose abstinebat. §. VI. Θιγγάνειν denique, sive θίγειν, ad homines immundos, quorum contactum pariter sollicite fugiebant Pharisai §. VII. Vox σογχεῖα significatu occurrit sextuplici. Notat enim (1) elementa. (2) signa zodiaci. (3) horum imagines. (4) umbram solarii. (5) litteras. (6) Disciplinarum principia, sive rudimenta. §. VIII. Postremus significatus hujus loci est. Sumitur enim vox illo sensu etiam alibi in N. T. speciatim Hebr. V, 12. §. IX. Porro sensum hunc formula manifestat præcedens, ὅτε οὐ μεν νήπιοι, quum essemus infantes. Infantibus enim, seu imperitis, rudimenta convenient. Infancia autem status dicitur sub Judaismo §. X. Dogmata Judaica σογχεῖα nuncupantur, quod ad Christianæ doctrinæ perfectiōnem minime assurgerent. Judaismus ædificio similis incoato ; Christianityus vero absoluto. §. XI.

## §. I.

**E**X iis, quæ de Verbo συσωγεῖν, & de nomine σογχεῖον, Observatione prima sum commentatus, nata mihi occasio est in σογχεῖα τὸ κόσμον, quorum mentio eodem fit capite, quo de monte Sinai Hierosolymæ συσωγεῖν loquitur Apostolus, accuratius inquirendi; præsertim quum formulam illam explicari viderem varie. Evidem per σογχεῖον

*χεῖα τε κόσμος* dogmata denotari arbitror Ju-  
daismi; hæc autem *τοιχεῖα*, sive *elementa*  
vocari ideo, quod minus perfecta essent, &  
ad accuratam rerum divinarum cognitionem  
veramque felicitatem assequendam neuti-  
quam comparata. Quam quidem exposi-  
tionem suis nunc firmare studebo rationi-  
bus, explicaturus, primum quid per *κόσμον*,  
deinde quid per *τοιχεῖα* designari videatur.

## §. II.

Notiones vocis *κόσμος* singulas, multæ enim  
sunt atque variæ, prolixæ recensere superva-  
cuum duco, quum ad institutum id magnopere  
non conducat. *Suidas* a) quadrifari-  
am in sacro codice usurpari vocabulum ob-  
servat. Σημαίνει δὲ ὁ κόσμος τέσσαρα, ἐνπρέ-  
πιαν, τὸ δὲ τὸ πᾶν, τὴν τάξιν, τὸ πλῆθος παρὰ τῇ  
γεωφή. *Κόσμος* in scriptura sacra quatuor si-  
gnificat: ornatum, hanc rerum universitatem,  
ordinem atque multitudinem. Quibus signi-  
ficatibus addi possunt duo, in iacris litteris  
pariter obvii. Alter is est, quo *κόσμος* solam  
denotat Judæorum terram; alter, quo illius  
habitatores, per metonymiam continentis  
pro contento: quanquam interdum ad Ju-  
dæos etiam universos extenditur. Ad prior-  
rem quod attinet, desumptum illum suspicor  
ex usu loquendi vulgari Judæorum, qui quum  
ter-

a) Voce *κόσμος*.

terram suam reliquis omnibus præferrent, dignitate illam toti terrarum orbi æquiparare, mundumque appellare non dubitaverint. Adjunt scilicet Magistri, regionem Judaicam ipsa Aegypto præstantiore habendam esse; Aegyptum vero omnibus regionibus antecellere. Ex quo consequens est, Judæorum regionem, ex ipsorum quidem judicio, regionibus in universum omnibus præstisſe.

R. SALOMO ISAACIDES ad hæc verba Deuteronomii : b) לא כארץ מצרים היא Non est Canaan ut terra Ægypti, Idem : c) אלא טוביה בכל הארץ במצרים שהרי לך מעלה בכלי הארץ נמשלה לנו יהוה Non est ulla in regionibus orbis terrarum omnibus (excepta Canaane) Ægypto præstantior. Comparatur enim illa horto Dei. Sed adstruendus est is, quem diximus, vocis usus uno altero exemplo. Primum ex Matthæo peto, apud quem πᾶσαι εἰ βασιλεῖαι τῆς οὐσίας, omnia mundi regna, Christo ab adversario monstrata, quid quælo sunt, nisi regiones terræ Judaicæ omnes, Iudea, Samaria, Galilæa, Peræa, Gaulanitis & Batanea cum Trachonitide, Domino non uni tunc subjectæ ? d) Quas regiones βασιλεῖαι

b) Cap. XI, 10.

c) Ad Ketuvot f. 12, c. 1.

d) Parebant enim Imperatori Romano, Herodi Antipæ, hujusque fratri Philippo.

λέιας dici, non est magnopere mirandum. Nam adeo late vox ista patet, ut de ditione usurpetur quacunque : quemadmodum & βασιλεὺς princeps interdum dicitur qui libet, etiam is qui auctoritate & majestate regia non pollet fulgetque. Hinc tetrarchiam Herodis Antipά βασιλείαν vocat Marcus, verba quādam ejusdem principis afferens, quibus allocutus sit Herodiadem : e)

Οὐτὶ ὁ ἐαν με αἰτήσῃς δώσω σοι, ἔως οὐδὲτες τῆς ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ με. Quicquid a me petieris, dabo tibi, usque addimidiū REGNI mei. Non imperabat autem Antipas, nisi Galilææ atque Perææ regionibus, quibus tetrarchiæ nomen fuerat attributum. Idem evangelista, f) imo & Matthæus, g) tetrarcham illum Regis titulo ornat. Sic & JOSEPHVM Lysaniæ, qui Abilenæ prærerat, ditionem βασιλείαν reperimus appellasse : h) Καὶ τὸν Αγρίππαν ἐνθέως ἐδωρεῖτο τῇ πατερῷ βασιλείᾳ πάσῃ, προστιθεὶς ἔξωθεν καὶ τὰς ὑπ' Αυγύστῳ δωθέντας Ήραδη, τεραχονίτιν καὶ Αυρανίτιν, χωρὶς δὲ τάτων ἐτέραν ΒΑΣΙΛΕΙΑΝ, τὴν Λυσανίαν καλεμένην. Agrip-

pam protinus donabat (Claudius) regno pa-

terno universō, præterea adjiciens etiam,

quas

e) Cap. VI, v. 23.

f) Cap. VI, v. 14.

g) Cap. XIV, v. 9.

h) *De bello Jud.* I. II. c. XI. §. V.

quas Augustus Herodi dederat, Trachonitidem & Auranitidem, & præter has aliud REGNUM, quod Lysaniæ vocabatur. Idem: i) Εἰκὸνα δὲ τῆς χαλκίδος Αγρίππαν εἰς μέιζονα βασιλείαν μετατίθησι, δός αὐτῷ τὴν τε Φιλίππων γενομένην τετραχίαν. ἄντη δὲ ἡνὶ Βαταναῖα καὶ Τραχονίτις, καὶ Γαυλανίτις. προσέθης δὲ τὴν τε Δυσανίς ΒΑΣΙΛΕΙΑΝ, καὶ τὴν Ουάρες γενομένην ἐπαρχίαν. Agrippam vero ex Chalcide in regnum amplius translulit, eumque tetrarchia donavit, quæ Philippi antea fuerat. Erat autem ista Trachonitis. & Batanaea, & Gaulanitis. Insuper & Lysaniæ REGNUM addidit, & provinciam, quam Varus rexerat. Quin & PLINIVM k) terræ Judaicæ tetrarchias regna vocare observatum est. Intercursant, inquit, cinguntque has urbes tetrarchiæ, regionum inflarsingulæ, & in REGNA contribuuntur. Sic & Dejotarus, licet tetrarcha tantum esset Galatiæ, Rex tamen audit CICERONI. I) Optime proinde Venerandus atque Celeberrimus MOSHEMIVS noster, Matthæi de regnis mundi omnibus, Jesu Servatori ex mon-

i) Loco cit. c. XII. §. VIII.

k) *Histor. natur.* l. V. c. 18.

I) *Orat. pro Dejotaro* sub finem. Debet loca ista CHRIST. NOLDIO, qui in *Hist. Idumæa* p. 247. indicavit.

monte quodam celso ostensis, narrationem erudite explicans, „Si quæ ait, mihi eligenda esset ex usu receptis sententia, eorum „mihi fateor præ ceteris arrideret, qui κόσμον de terra interpretantur Judaica, regnante mundi de minutis, in qua tum Palæstina, vicinæque regiones distinctæ erant, „imperiis.

### §. III.

Eodem sensu vocem, de qua agitur, Paulus etiam sumit Apostolus, cum Abrahamo dataim fuisse ait promissionem, quod mundi futurus sit heres, aut possessor κληρονόμος τῆς κόσμου. m) Neque enim alia de hereditate aut possessione loqui existimari potest, quam de illa Canaanis, quam posteri tandem ejus obtinuerunt. Quodsi enim vel ad Abrahami historiam, vel ad eventum respiciamus ipsum, non reperiemus sane, præter Canaanem vel promissum quidquam Abrahamo fuisse, vel occupatum ab ejusdem posteritate. Ad significationem mysticam, aut ad adumbrationem typicam quid opus est confugere, ubi cur in sensu, quem littera ususque inferunt, non acquiescamus, nihil prohibet?

### §. IV.

Porro in verbis Johannis: n) καὶ ὁ κόσμος

m) Rom. IV, 13.

n) Evang. c. I. v. 10.

μος ἐκ ἔγνω αὐτὸν, mundus non cognovit, vel agnoscit eum, κόσμος manifesto Iudei sunt. Arguunt id quæ statim subsequuntur: εἰς τὰ ἴδια ἥλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν & παρέλαβον. In propria venit, sed proprii non receperunt eum. Quemadmodum enim hic τὰ ἴδια, quod nemo iverit inficias, Judæorum sunt regio, jure quodam proprio atque peculiari ad Messiam pertinens, & οἱ ἴδιοι Iudei, Dei Messiaque peculium: ita etiam illuc οὐ κόσμος gentem notat Judaicam. Negat igitur Johannes populum Judaicum agnoscisse Jesum, h. e. pro Messia vero habuisse.

## S. V.

Accipi autem præsenti etiam in loco κόσμον oportere de Judæis, ex alio quodam ostendi potest dicto Paullino, quod nostro huic plane est geminum: Ο) Εἰ δὲ ἀπεθάνετε σὺν τῷ χριστῷ ἀπὸ τῶν σωτήσιων τῇ κόσμῳ, τί ᾧντες ἐν κόσμῳ δογματίζεθε. Si igitur mortui estis cum Christo liberique facti ab elementis mundi, quid tanquam viventes in mundo doceri vos finitis, dogmata admittitis? Hic ad quorum dogmata respiciat Paullus, si quis intelligat, facile etiam quinam dicantur ζῶντες ἐν τῷ κόσμῳ, viventes in mundo, quidque ipse sit κόσμος, capiet. De dogmatis autem ex exemplis quibusdam, quæ in medi-

Pars IX.

F

um

ο) Coloss. II, 20.

um statim afferuntur, judicium fieri facile poterit: Μὴ ἀψη, μηδὲ γένοσθαι, μηδὲ θίγεσθαι. Ne contrectes, neque gustes, neque attingas. Quæ sane Judaicæ religionis præcepta esse nemo poterit ambigere, cui quæ illa astate fuerit doctrinæ Pharisaicæ ratio, quæ item decreta fuerint atque placita, non est ignotum. Verbum ἄντεραι ad contrectationem refero ciborum, qui pro immundis reputabantur; γένοσθαι ad ejusdem generis ciborum comedionem; θίγεσθαι vero, sive θίγειν, ad contactum hominum, quos immundos judicabat superstitione Judaica. Singula hæc summo vitanda studio ducebant Pharisei. Nefas illis edulia immunda p) vel manibus contrectare, vel gustare: nefas etiam hominem attingere immundum, in quem censem plebejos etiam referebant omnes. Non interdicta quidem erat ciborum immundorum comedio; at si quis attractaret, contaminari credebantur manus, quas mundas servare semper, pars sanctitatis Pharisaicæ non postrema erat. אוכlein טמאין מטמאין אה הוויון, cibi immundi polluunt ma-

---

p) Intelligimus non אוכlein אסרוות, quos vocant Doctores, sive *cibos lege prohibitos* (his enim vesci nullo modo licebat) sed אוכlein טמאין, quibus uti quis poterat licite, quum immundities eorum usui tantum obstatet sacro.

*manus*, inquit MAIMONIDES. q) Ple-  
nius Magistrorum mentem ex ipsorum mo-  
numentis GVIL. SVRENHVSIVS r) sic  
expressit : „Cibi atque liquores immundi  
„non pollunt hominem , nisi eos manibus  
„tanrum terigerit , quæ tum pollutæ sunt, &  
„si quis cibos vel potus contrectaverit am-  
„babus manibus , tum simul pollutæ sunt;  
„at si una manu tetigerit , tum una tantum  
„polluta est. At vero si quis cibos immun-  
„dos tetigerit in copia epuli פָרֵס dicti , vel  
„de liquoribus immundis copiam quartarii  
„biberit , tum corpus ipsius reprobum fa-  
„ctum est, perinde ac si secundum immuni-  
„ditiei gradum contraxisset , idque denuo  
„oblationem primam (תְרוּמָה) tactu pollue-  
„re potest..” Facile igitur hinc patet ratio,  
quare cibos potionesque immundas contrec-  
ctari vetuerint Pharisei , suisque frequenter  
illud μη ἄψη inculcarint.

## §. VI.

Abstinentiam vero a comedione etiam at-  
que potionē immundorum cum sibi ipsis,  
tum aliis quoque imperabant. MAIMONI-  
DES : s) אַתְּ עַל פִּי שְׁפֹתָךְ לְאַכְלָן אֶוְכְּלִין

F 2

טמאים

- q) In *Commentar. ad Jadaim Cap. II. §. 4.*  
 r) In præfat. ad *Ordinem puritatum* , sive partem  
 sextam corporis Mischnici fol. 5. col. 2.  
 e) In *Hilchot tum'at ochelin c. XVI. §. XII.*

טמאים ולשתות מskinim טמאים חסורים  
הראשונים היו אוכלן חולין בטהרה ונזהרין  
מן הטומאות כולן כל ימיום והן פרושים

*Quamvis liceat cibos potuisse capere immun-  
dos; tamen religiosi antiqui cibos vulgares  
non nisi mundos sumere consueverunt; cave-  
runtque sibi sollicite per omnem vitam suam  
a genere immunditiae quovis. Atque illi vo-  
cabantur Pharisaei. His igitur in ore sae-  
pius: μὴ γένση.*

## §. VII.

Nec minori cura contactum fugiebant,  
imo & convictum, hominum, quos pro im-  
mundis habebant; habebant vero omnes  
fectæ ipsorum non addictos, eos præsertim,  
qui de plebe essent. Hinc ita pergit MAI-  
MONIDES: t) ורביה זה קדושה ותורה היא  
וררך חסירות שיזהה נברל ארם ופורך משאר  
העם ולא יגע בהם ולא יאכל וישראל עמהם  
שהפרישות מבאה לידי טהרת הגוף מעשיהם  
הריעת וטהרת הגוף מבאה לידי קדושת  
הנפש מן הריעות הרעות וקדושת הנפש  
גורמת להרומות בשכינה שנאמר והתקדשותם  
חיהתם קדושים כי קדוש אני יהוה מקדשכם  
*Hæc res singularis sanctitatis pietatisque est,  
quando segregat se se homo separaturque a tur-  
ba.*

t) Loco cit.

ba hominum reliqua, ita, ut neque attingat illos, neque comedat cum illis bibatque. Et enim Pharisaismus (genus hoc vivendi separatum) adducit hominem ad puritatem corporis, sic ut vitentur actiones pravæ; mundities vero corporis ad sanctitatem perducit animæ, sic ut affectibus hæc careat pravis. Sanctitas vero animæ similitudinem efficit cum Deo, quemadmodum hoc indicatur mandato: u)

Sanctificate vos & estote sancti, quia sanctus sum ego Jehova, sanctificans vos. Hac igitur de causa diligenter suis præcipiebant Pharisei: μὴ θύγ. Itaque dubium esse non potest, quin dogmata modo enarrata Judæorum sint, speciatim Phariseorum, atque hi proinde ipsi per κόσμον a Paullo designentur illa in formula, in qua explicanda nunc occupamur.

## §. VIII.

Progedior ad σοιχεῖα, qua voce varia significari compertum est. Primo enim σοιχεῖον dicitur ἐξ τῶν πεντε γίνεται τὰ γενόμενα, καὶ εἰς ὁ ἔχατον ἀναλύεται, ex quo primo prodeunt quæ fiunt, & in quod extremum resolvuntur, definitio Zenone apud LAERTIVM. x)

(2) σοιχεῖα signa sunt zodiaci: qua notione apud Epiphanium & Eulebium reperiri vocem, ÆGIDIUS observat MENAGIVS. y)

F 3

(3)

u) Levit. XX, 7.

x) In Zenone, l. VII. legim. 136.

y) Ad LAERTII Menedemum, l. VI. legim. 102.

(3) *σοιχεῖα imagines* etiam vocantur signorum Zodiaci, lapidibus annulisque insculptæ, ad averruncanda quæ nocitura essent, uti CLAVDIVS docet SALMASIVS. z) (4) *σοιχεῖον umbra* appellatur *solarii*, ex qua lignum capiebatur temporis ad cœnam eundi. JVLIVS POLLVX : a) *τῇ σημᾶ ὁ ἐτεμαίροντο τὸν οὐρανὸν τῆς ἐπὶ τὸ δεῖπνον ὡρα, ἣν καὶ σοιχεῖον ἐκάλεσν.* Kαὶ ἔδει σπένδειν (sic enim legendum pro σπένδειν, quod est in vulgatis) εἰ δεκάπεντὸν σοιχεῖον ἔη. Ex umbra vero tempus ad cœnam eundi conjiciebant; quam (umbram) & σοιχεῖον vocabant. Festinandum autem erat, si umbra decem pedum existeret. (5) *σοιχεῖα litteras* denotant, ex quibus sermo componitur: de qua significazione supra b) abunde exposuimus. (6) denique *σοιχεῖα* prima *disciplinarum* nuncupantur *principia*, sive *rudimenta*, quæ ad constituendas disciplinas primas quasi partes afferunt, uti elementa ad corpora.

## §. IX.

Jam quæ potissimum notio ex modo reconsitis formulæ huic nostræ conveniat, non diu videtur deliberandum. Postremam enim hue ut advocemus, duo sunt quæ suadent: usus vocis idem in loco novi fœderis alio, &

ver-

2) De annis climacter. p. 576.

a) Onomast. I. VI. c. VIII.

b) Observat. I. §. VII.

verba quæ præcedunt proxime: ὅτε ἡμεν νήπιοι,  
quum essemus infantes. Sic epistolæ ad He-  
breos scriptor c) σοιχεῖα τῆς ἀρχῆς rudimen-  
ta vocat religionis, seu præcepta, quæ tradun-  
tur rudibus. καὶ γὰρ, inquit, ὁ Φείλοντες ἔιναι  
διδάσκαλοι, διὰ τὸν χρόνον, πάλιν χρέιαν ἔχετε τῷ  
διδάσκειν ὑμᾶς, τίνα τὰ σοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν  
λογίων τῷ Θεῷ. καὶ γεγόνατε χρέιαν ἔχοντες γά-  
λακτος, καὶ δὲ σερεάς τεοφῆς. Vos, quos oport-  
tuimus, pro temporis ratione, Doctores esse, rur-  
sum opus est doceri, quæ sint elementa princi-  
pii oraculorum Dei, factique estis ii, quibus  
laetè sit opus, & non solido cibo. Exigit hic  
res ipsa, ut σοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τῷ Θεῷ,  
de elementis interpretēmur primis religio-  
nis a Deo patet facta, speciatim Christianæ,  
quæ mox d) λόγος τῆς ἀρχῆς τῷ χειρὶ sermo  
primitivus de Christo, & Θεμέλιον, fundamen-  
tum, dicuntur, opponunturque τῇ τελειότητι,  
perfectioni, h. e. perfectioni rerum divina-  
rum cognitioni.

## §. X.

Præcedentia si spectemus, verba cum pri-  
mis hæc, ὅτε ἡμεν νήπιοι, quum essemus infan-  
tes, illa etiam sensu isti optime congruent.  
Infantibus enim rudimenta convenient at-  
que tirocinia, quum disciplinæ severioris altio-  
risque artas illa non sit capax. Infantiam ve-

F 4

go

c) Cap. V. v. 12.

d) Cap. VI, v. 1.

ro Apostolus statum vocat illum, quo Judaismi legibus ritibusque adhuc tenebantur Galatarum multi. Cujus status respectu Christianismus ætas dici poterat adulta, quippe notitia rerum cœlestium multo excellentiori homines imbuens.

## §. XI.

Ex his igitur quid tandem colligas? Hoc nimirum. Esse urique τὰ σοιχεῖα τὰ μόσχα Judaismi decreta: Vocari autem hæc σοιχεῖα, quod rudimentorum instar fint, & Christianæ disciplinæ ratione habita, magna laborent imperfectione. Rudimenta alicujus disciplinæ qui tenet, tenet quidem aliquid; sed tamen a scientia perfecta longe adhuc abest, abest etiam a percipiendo fructu disciplinæ uberiori. Sic Judaismi præceptis instructus qui esset, non potius quidem nihil didicerat, at non tantum tamen, quantum ad perfectæ virtutis exercitium veramque felicitatem comparandam requirebatur. Quapropter αἰθενὴ καὶ πτωχὴ, infirma & egena, mox e) appellantur σοιχεῖα illa, quia, ut recte monet GROTIUS, „vim non habebant mundandi „animum, & quia divitias illas donorum spiritualium secum non ferebant, quæ afferebat Christianismus.“ Quod & Hebreos suos docet, qui epistolam illis inscripsit, hac sen-

e) Gal. IV, 9.

sententia: f) Αθέτησις μὲν γαρ γίνεται προαγά-  
στης ἐντολῆς διὰ τὸ ἀυτῆς αἰδενὲς καὶ αἴω φελές.  
Οὐδὲν γαρ ἐτελέιωσεν ὁ νόμος, ἐπεισταγωγὴ δὲ οὐδεί-  
τονος ἐλπίδος, διὸ οὐ ἐγγίζουμεν τῷ θεῷ. *Manda-  
tum precedens (lex veteris testamenti) abro-  
gatur, propter infirmitatem ejus atque ini-  
litatem. Nihil enim perfectum reddidit lex,  
sed adscita spes melior, per quam appropin-  
quamus Deo.* Judaismus scilicet illam τελειό-  
τητα, ad quam ducebat Christianismus, affer-  
re neutiquam poterat. Ille non nisi primas  
virtutis felicitatisque ducebat lineas; hic ve-  
ro utramque perficiebat. Judaismus ædifi-  
cio comparari poterat incoato, in quo ligno-  
rum quidem strues, sed neque parietes in-  
tergerini, neque res necessariæ alia, neque  
ornamenta apparent ulla; Christianismus  
absoluto perpolitoque.

## OBSERVATIO V. DE JEPHTA VERBA SVA MITZPÆ EDISSERENTE

*Ad Jud. XI, n.*

וַיְלֹךְ יִפְתָּח עַם זָקְנֵי גָּלְעָד וַיִּשְׁמֹנוּ הַעֲמָדָה  
אֲוֹתוֹ עַלְיָהֶם לְרָאשׁ וּלְקַצֵּן וַיַּדְבֵּר יִפְתָּח אֶת  
כָּל רַבְבוֹת לִפְנֵי יְהוָה בְּמִצְפָּה

*Profectus igitur est Jephra cum senioribus*  
F 5 *Gi-*

f) Cap. VII. v. 18. 19.

Gileaditarum, præfecitque sibi eum populus caput atque principem. Tum prolocutus Jephtha omnia verba sua est coram Jehova Mitzpæ.

## CONSPECTVS.

Jephtha principatum, ut consecuti belli Ammonitici præmium, sibi paetus, & Mitzpam cum legatis Gileaditarum profectus, ad aram ibi aliquam, dum res fieret sacra, paeta cum Gileaditarum proceribus inita publice recitat, & jurejurando solenniter confirmari curat. §. I. Mitzpæ in saeris litteris memorantur quinque. Due earum cis Jordanem, in tribu Juda & in Benjaminitide; tres vero trans Jordanem, in Moabitide, Gileatide, & ad Chermonem montem. §. II. Nomen loca ista nostra sunt inde, quod speculae ibi essent, unde hostium latronumve observari posset aduentus. Sita proinde erant in locis editis. §. III. Mitzpæ Jephæ, illa est Gileaditidis, juxta quam fædus cum Labano iniit Jacobus. §. IV. In locis nomen istud gerentibus, quod excelsa essent, sacra fuerunt fieri. Facta certe sunt Mitzpæ in Benjaminitide. Are illo aeo in regione Israelite rum constitutæ passim. §. V. Mitzpam quoque Gileaditicam aliud habuisse, formula arguit רְפָנֵי יְהוָה, coram Jehova, de iis adhiberi solita, quæ ad aram geruntur, sive illam tabernaculi, sive aliam. Deus præsens esse habitus, ubi cunque solenniter coleretur. §. VI. Sacrificium in illo Jephæ negotio factum fuisse, probabile fit (1) ex consuetudine Hebraeorum viætmas Deo offerendi ante præium, quam Persæ etiam servarunt, Pœni & Romani §. VII. (2) ex eo, quod pæta atque fædera non sine sacrificiis iniri solerent at-

atque percuti. Transabant sœdus jungentes pacientesve per partes viéltine medias, sibi invicem oppositas. Idem ritus Trojanis quoque Græcisque usitatus fuit. Natæ inde formulæ, כרת ברות, ὅγνια τέμνειν, ferire sœdus. Sanguis quoque effundebatur cum imprecatione. Hebr. דם הברות §. VIII. (3) Usitatum quoque Hebreis fuit, dum novus constitueretur princeps, sacrificium offerre, ut ḥ Deum haberent cæptis faventem, ḥ epulo sacro arctius conjungerentur animi. §. IX. דברים, verba Jephætæ, pacta conventa hic sunt, sive conditiones, quæ Jephætam inter ḥ Gileaditas convernerant. Quo significatu passim occurrit vox דברים. §. X. Illas conditiones publice, coram toto exercitu, proposuit Jephæta ḥ iurejurando confirmari jussit. Quod iusjurandum ad aram videtur praestitum, more orientalium. Jurantes aram tenere solebant. §. XI. Historicorum sacrorum brevitas lectorum exigit ḥ interpretem, qui ex natura rei, de qua agitur, de rebus judicare possit circumstantibus. §. XII.

## §. I.

**F**Ortitudinis suæ documenta insignia postquam edidisset Jephæta, populares ejus repertos sese arbitrati neminem, a quo bellum, quo tunc premebantur, Ammoniticum æque fortiter, dextre & feliciter, ac a Jephæta administraretur, ducem illum diligunt, & legatione solenni, ut suscipere partes illas ne gravetur, rogant orantque. Non annuit statim Jephæta, sed injuriam sibi illatam primum exprobrat legatis ad se missis, Gileaditarum

pro-

proceribus, qui passi essent domo paterna a fratribus ipsum pelli, omnique hereditate excludi ; nec accessuri ad se nunc fuisse videantur, nisi summa, in quam redactos se sentirent, angustia coegisset. Legati objurgationem illam æquo ferentes animo, nihilque ea deterriti , se ducem Gileaditis Jephtham expetere, denuo confirmant. Quibus Jephtha, *an igitur*, ait, *Ammonitis devictis, principem me vestrum habebitis?* Habituros se esse asseverant legati : *Jehova, inquiunt, audiet id quod agitur inter nos, nisi ita, ut dixisti, fecerimus*, significantes, se in loco quodam sacro, & adhibita jurisjurandi religione, idem in se recepturos, quod nunc essent polliciti nomine Gileaditarum omnium. Qua stipulatione adductus Jephtha, ex Tobitide, vicina Gileaditidi regione, cum legatis, Mitzpam proficisciatur, Gileaditidis urbem, ibidemque pactum, quo convenerant, ejusque conditiones omnes, ad aram aliquam, istic loci statutam, toto præsente exercitu, a) publice inter sacra exponit, rituque solenni confirmari curat. Hæc summa est rei gestæ ; cuius partem postremam, sive exitum, neque ab aliis interpretibus, neque a doctissimo J.O. J.A.C. SCHVDTIO, qui de rebus Jephthæ ex instituto commentatus est, b) satis ad  
huc

a) Congregatus enim is Mitzpam fuerat. v. Jud.X,17.  
b) In *Vita Jephthæ*. Francof. 1701.

huc, ut existimo, explicatum declaratumque, sigillatim nunc illustrare instituemus.

## §. II.

Quæ itinere cum legatis consecuto Jephoram inter & Gileaditas gelta sunt, ea Mitzpæ contigerunt. Cujus loci notitia quum non possit non ad pleniorē ipsius rei intelligentiam aliquid conferre; & situm ejus indagari juvabit, & memorabilia, si quæ forte occurrant, non fileri. Vrbes hujus nominis quinque memorant sacræ litteræ, duas cis, tres vero trans Jordanem. Cis Jordanem Mitzpa una intrabu erat Juda, c) altera, de qua pluribus agemus deinceps, in Benjaminitide. d) Non video, quid impulerit interpretes nonnullos, ut urbes illas ambas pro una habuerint, quæ in confiniis sita fuerit tribuum Juda & Benjamin. Quasi vero insolens plane sit, reperi in regionibus duabus urbes ejusdem nominis duas, nominis præsertim talis, quod aptum est locis, propter naturam positumque similem, tribui pluribus. Mitzpa tertia in Moabitide fuit. e) Huc Davides tēte aliquando recepit. Quarta in Gileaditide, f) seu in

re-

c) Jof. XV, 38.

d) Jof. XVIII, 26.

e) I. Sam. XXII, 3.

f) Sumitur Gileaditidis nomen modo latius, modo strictius. Latius acceptum terram illam omnem, quam

regione trans-Jordanica, ab Israelitis possessa. Hæc illa est, ad quam sœdus cum Labano iniit Jacobus, g) sita quidem, uti ex itineris, quod fecit Jacobus, ratione colligitur, trans Jabokum fluvium, qui non longe a littore lacus Gennesaritici australi in Jordanam influit; e regione lacus istius, ortum versus. Hanc Mitzpam, JOSEPHO Mallen dicam, h) Syris eruptam, incendio delebit Judas Maccabæus, imperfectis incolis masculis omnibus. i) Quintam Mitzpam in finibus Trans-Jordanicæ borealibus reperire est. Meminit certe libri Iosuæ scriptror k) regionis & vallis Mitzpæ, quæ procul dubio ex urbe vel oppido, cui adjaceret, nomen habuit. Indicat vero simul situm, videlicet sub Chermone monte, Chivvæosque illic ait incoluisse. Chermon autem Antilibani pars est, Paneadi urbi imminens, ad ortum Jordanis: quem tractum, ut alibi ostendimus, l) Chivvæi inhabitarunt.

### §. III.

Commune fuisse nomen urbibus pluribus,  
non

---

quam trans Jordanem occuparunt Israelitæ, denotat; strictius vero sumtum partem ejus regionis medium, quam Gaditæ incoluerunt.

g) Gen. XXXI, 49.

h) *Antiqu. Jud.* I. XII. c. VIII. §. 3.

i) I. Macc. V, 35. k) Cap. XI, v. 3.

l) *Observat. philol.* p. V. Obs. I. §. 6.

non valde miror, quia caussa ejus in locis extitit multis regionis montibus abundantis, latronumque grassationibus admodum obnoxiae. *Mitzpa* enim, מִצְפָה, *speculam* notat; appellata igitur vocabulo hoc *loca* fuere *speculis instructa*. Speculis autem frequenter Israelitarum regionem esse oportebat, ævo illo antiquiori, quo latrociniis implebantur omnia. Securi a gentibus vicinis nunquam esse poterant Israelitæ; semperque his ab illis excursiones, agrorum populationes prædationesque extimescenda. Observatio ne igitur opus erat diligenti eorum, quæ in agris fierent: erigendæque hujus caussa speculæ, ex quibus signo a speculatoribus dato admonerentur homines, sive domi sive ruris versantes, de adventu hostium latronumve. Speculæ vero in locis ut ponerentur editis ulis earundem quum exigeret; colligi hinc potest, urbes *Mitzpæ* nomine nuncupatas collibus aut montibus infedisse. *Mitzpam* certe illam, ad quam fœdus cum Labano percutissit Jacobus, montanam fuisse sacra docet historia. Ad quem situm haud obscure respicit Labanus, quando Deum ex loco illo, tanquam e specula in alto constituta, prospeturum dicit, seu observaturum, quid inter partem geratur utramque, vindicem quippe futurum injuriarum, quas inferre pars una forte studeat alteri.

## §. IV.

Mitzpæ igitur quum fuerint quinque, disquiri utique necesse est, quænam earum illa sit, ad quam cum legatis sese contulit Jephtha, & ubi sedem ille postea fixit. Gesta res illa tota trans Jordanem est: quo circa non alibi, quam in hac regione, quæri urbem oportebit. De Mitzpa vero Moabitidis cogitari hic nequit, quum in terra fuerit aliena. Illa autem Chivvæorum nimis remota ab Ammonitarum finibus erat, quam ut credibile esse cuiquam possit, ad illam confluxisse exercitum, Ammonitis ocurrurum. Restat igitur, ut quæ hic narrantur ad illam referamus Gileaditidis Mitzpam, juxta quam foedus cum Labano fecit Jacobus, quamque Gaditis attributam fuisse plerique opinantur. m) Sedem hæc principi Gileaditarum præbere poterat commodissimam, sita quippe in meditullio fere Gileaditidis propriæ, cuius partem dimidiā Gaditis, dimidiā alteram Manassitis assignaverat Moses. n) Iter huc ab omni Gileaditidis extremitate æquale propemodum erat ad aulam principis. Observari etiam commode istic loci poterant Ammonitarum vicinorum molimina: quod sane fieri necesse erat, ut mature illis iri posset obviam, si forte irruptionem in Israelitærum terras tentarent.

## §. V.

m) Propter Jos. XIII, 26.

n) Jos. XII, 24. 51.

## §. V.

Sacra in locis illis singulis , quæ Mitzpæ nomen gererent , fieri , quotiescumque res exigeret , consuevit , vero est simillimum . Sita enim illa in locis editis , quæ cultus di- vini cærimoniis peragendis illa aetate præ ce- teris delegisse Hebræos , latet facile nemini- nem . Datum ea in re aliquid fuit mori gen- tium communi , indultumque nonnihil opini- oni isti , quasi excelsis in locis magis præ- sens esset numen , quam in aliis . De una certe Mitzpa , illa videl . Benjaminitidis , li- quido res constat . Claritatem hæc ex eo adepta magnam est , quod ad illam tribus Israeliticæ aliquando convenerunt , ad ulci- scandum foedum facinus , quod in Levitæ cu- jusdam peregrinantis pellice perpetraverant incolæ oppidi Gibeæ , in Benjaminitide . o) Congregatus etiam istuc fuit populus tem- pore Samuelis , supplicationis , propter bel- lum Philistæum , Deo faciendæ caussa . p) Co- mitia quoque regi creando ibidem facta le- gimus . q) Porro tribunal eo in loco ha- buit Samuel , prefectus istuc semel quotan- nis ad jus dicendum : r) Habuit etiam Ne- hemiæ tempore præfectus Judææ cis-Jorda- nicæ : s) quemadmodum & antea Gedalja ,

*Pars IX.*

G

Ju-

o) Jud. XXI, 1.

p) 1. Sam. VII, 5. 6.

q) 1. Sam. X, 17. sqq.

r) 1. Sam. VII, 16.

s) Nehem. III, 7.

Judæorum reliquiis a Nebucadnezare præfetus, sedem illam suam fecerat. t) Non minor autem fama comparata loco ex sacris fuit, olim ibi factis. Testatur de his libri prioris Maccabæorum scriptor u): καὶ συνῆχθησαν καὶ ἡλθοσαν εἰς Μασσηφὰ κατένεατι ἱερόσαλήμ, ὅτι τόπος προσευχῆς εἴς Μασσηφὰ τὸ πρότερον τῷ Ισραὴλ. Congregati sunt veneruntque Mitzpam, Hierosolymis ex adverso sitam, quia precum (sacrorum quorumcunque) locus apud Mitzpam olim Israeli fuit. Relpexit scriptor procul dubio ad 1. Sam. VII, 9. ubi Samuelem Mitzpæ, in conventu populi, sacrificium Deo obtulisse refertur, precibusque Numen invocasse, ut victoriam concederet Israelitis, pugnam tunc Philistæorum cum gente inituris. Aram igitur aliquam fuisse ibi tunc oportet, eamque vel a Samuele noviter, vel antea jam structam. Neque enim insolens illo tempore erat aras ponи sacrificarique etiam alibi, quam ubi tabernaculum esset Mosaicum, quod Silunte, in Ephraimitide, ab aliquo jam tempore fuerat constitutum. Sic Manoa, parens Simsonis, Zoræ, in Danitide, hœdum immolavit Deo menisque obtulit farreum, x) congesto haud dubie, ut moris erat, altari: Bethlēmæstæ vaccas currui, quo arca vecta fuerat foederis,

jun-

t) 2. Reg. XXV, 23. Jer. XL, 1. sqq.

u) 1. Maccab. III, 46.

x) Jud. XIII, 19.

junctas pro holocausto cremarunt. y) Ipse etiam Samuel aram construxisse dicitur Ramæ, in Ephraimitide, ubi domicilium habebat. z) Idem Bethlehemum se venisse profiteret ad rem divinam faciendam. a) Davides rex in area Araunæ Jebusæ altare condidit, & holocausta simul cum sacrificiis lutaribus apparavit. b)

## §. VI.

Habuisse vero Mitzpam quoque Jephþæ aram aliquam, ex formula colligo, *רֶפֶן יְהוָה וּרְכֶבֶר יִפְתַּח אֶת כָּל דְּבָרוֹ לִפְנֵי יְהוָה בְּמִצְפָּה Et prolocutus est Jephtha omnia verba sua CORAM JEHOVA Mitzpæ.* Nempe coram Jehova ea fieri dicunt Hebræi, quæ ad aram aliquam geruntur. Hinc de victima ad altare, ostio tentorii ab ortu objectum, adducenda, ibideinque jugulanda, toties in Levitico c) dicitur, quod fistenda sit & mandanda coram Jehova. Sic & Levitas initiandos adduci jubetur d) *in conspectum Jebo-væ*, qui ad aram ducendi erant, ut muneras sui sacri ibi caperent primordia. Et quoniam, uti supra demonstratum est, ara constituta fuerat Mitzpæ in Benjaminitide; hinc

G 2

Israe-

y) 1. Sam. VI, 14. 15.

z) 1. Sam. VII, 17.

a) 1. Sam. XVI, 5.

b) 2. Sam. XXIV, 25.

c) E. c. Cap. I, 3. II. III, 7. IV, 4.

d) Num. VIII, 10. II.

Israelitarum, quæ eo confluxerant, copiæ convenisse dicuntur e) בֵּית יְהוָה, ad Jebo-vam. Neque enim est, cur quis credat, spe-ctare formulam ad arcam foederis, quæ Mitz-pam in castra, utrū alias factum, f) esset alla-ta, signumque haberi soleret Numinis præ-sentis: nam vel Bethele hæc tunc erat, vel Silunte, in ipso tabernaculo g). Nihil vero luculentius est, & quod magis opinionem nostram confirmare valeat, quam id quod de Israelitis Gilgale, ubi neque tabernaculum tunc erat, neque arca, verlantibus refert an-nalium sacrorum conditor h). Eos, nem-pe, Saulum regem constituisse ait coram Je-hova, & sacrificia, quæ sane aram require-bant, coram eodem fecisse salutaria. His igi-  
tur quid innuit, nisi quod ante aram, istic lo-  
ci

e) Jud. XXI, 1.

f) I. Sam. IV, 3. sqq.

g) Patet hoc ex versu 26. & 27. cap. cit. ubi abiisse dicuntur Israelitæ בֵּית אֱלֹהִים, ibidemque flevisse, je-junasse & sacrificia fecisse coram Jehova, eundemque consuluisse, quod esset ibi arca foederis. Dubium quidem est, utrum per בֵּית אֱלֹהִים ibi designetur, quod quidem in libris Samue-lis crebrius vocatur בֵּית יְהוָה, ædes Jehovæ, an, quod mihi, fateor, videtur probabilius, urbs Ephraimitica Bethel, in Benjaminidis posita confiniis. Sed quomodo cuncte accipiuntur voces, certum sane est, locum illis indicari a Mitzpa di-versum.

h) I. Sam. XI, 15.

ci statutam rex solenniter proclamatus fuerit Saulus inaugurusque. Evidem haud ignoro, ortam istam loquendi formulam ex eo esse, quod qui ante altare starent, in tabernaculo vel templo, obversum sibi haberent adytum, illam Numinis fedem. Videri igitur possit phrasis ad solum pertinere tabernaculi templive altare, minime vero ad alia, quibus habitaculum divinum nullum propinquum esset. Sed fugit, puto, neminem, in linguis id s̄apenumero contingere omnibus, ut locutiones significatu restrictiori, & non nisi de loco, persona aut re quadam certa initio usurpatæ, potestatem tandem nanciscantur ampliorem, & de locis, personis rebusque adhibeantur pluribus aliis, si similitudo quadam intercedat. Mitzpæ certe in Benjaminitide tabernaculum non erat; at nihil tamen fecius aquam ibi effusisse dicuntur Israelitæ coram Jehova i), significatur scilicet actione ista symbolica partim stragem, quam a Philistæis passi fuissent antea, partim desiderium videndi mox opes hostium fusas prostratasque. Cur vero ibi effuderunt? Sane non alia de caussa, quam quod ara ibidem esset collocata. Accedit, quod iis locis omnibus singulari plane modo præsens adesse credebatur Numen, ubi

G 3

ritu

i) 1. Sam. VII, 6.

ritu solenni coleretur adorareturque, adeo-  
que altaribus vel maxime.

### §. VII.

Altaria vero sacrificiorum caussa quum exstruerentur, quis dubitet, illud etiam Mitz-pa, in Gileaditide, illis inserviisse? Ac sacrificatum ibi tunc fuisse, quum Jephtha ductu expeditionem suscepturn essent Israelite adversus Ammonitas, argumentis mihi probabile fit tribus. Primo enim solenne erat Hebraicis, ut cum hoste conficturi rem sacram ante facerent, pro impremando successu armorum felici. Docent certe id exemplis suis Samuel propheta, & Saulus rex; quorum ille, priusquam prelium cum Philistaeis committerent Israelite, agnum lactentem obtulit pro holocausto. k) Saulus pugnam initurus cum Philistaeis ipsi imminentibus, holocaustum Gilgale, absente licet Samuele, fieri pariter curavit, l) ne scilicet, ut ipse ait, m) adorirentur ipsum hostes ante, quam sacris Deum placasset. Indicat igitur haud obscure, se, victima ante prælium immolata, fecisse nihil, nisi quod & rationi & confuetudini videretur consentaneum. Servarunt consuetudinem eandem gentes orientis etiam alias, & in his Persæ cum primis.

Hinc

k) 1. Sam. VII, 9.

l) 1. Sam. XIII, 9.

m) Versu 12.

Hinc Cambyses Cyro, filio suo, sic præcipit apud XENOPHONTEM: n) Μάθε δέ μοι, ὁ παῖ, καὶ τάδε τὰ μέγιστα· Παρὰ γὰρ ιερὰ καὶ θιανὺς μῆτ' ἐν σαυτῷ μηδέποτε, μῆτ' ἐν τῇ σεατιᾱͅ οὐδὲντέντης, ητανοῶν, ὡς ἀνθρώποι μὲν αἰρεύνται πράξεις ἐικάζουτες, ἐιδότες δὲ χάριν, αἴπο ποιας ἔσται ἀντοῖς ταγαθόν. - - - Θεοὶ δέ, ὁ παῖ, αἱ ὄντες πάντα ἵσται τὰ γεγενημένα, καὶ τὰ ὄντα, καὶ οἱ τι ἐξ ἑκάτε όντων αποβίσσεται. Καὶ τῶν συμβάλλευμένων ανθρώπων, οἵς ἀν ἴλεω ὡσι, προσημάννυσσιν ἄτε χεὶς ποιεῖν, καὶ ἀ το χεὶς. Etiam hæc ex me, fili, maximi sane momenti discito. Nunquam neque pro te solo, neque cum exercitu, sacris non litatis, & contra auspicia periculum adieris. Nam cogites velim, homines non nisi de conjecturis res gerendas suscipere; quum plane nesciant, unde boni sit aliquid ipsis exspectandum. - - - Verum Dii immortales, fili, omnia norunt, & praeterita, & præsentia, & quis singulorum futurus sit exitus. Quibus præceptis & accurate Cyrus paruit. Exercitum enim adversus Assyrios ducens, ο) τοῖς μὲν σεατιώταις εἰπὼν συσκευάζεθαι, οἱ Κῦρος ἐθνε, πρώτον μὲν διαβασιλεῖ, ἐπειτα δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς. καὶ γέτε-

n) *Cyropæd.* I. I. p. m. 37.ο) *Cyropæd.* I. III. p. 79.

τοῖς ίλεσι καὶ ἐυμενεῖς ὅντας ἡγεμόνας γίνεσθαι τῇ  
σεατιᾳ καὶ παρασάτας ἀγαθες, καὶ συμπάχες  
καὶ συμβάλλεις τῶν ἀγαθῶν. συμπαρεκάλει δὲ καὶ  
ἥρωας γῆς Μηδίας οἰκήτορες καὶ ηδεμόνας, ἐπεὶ δὲ  
ἐκαλλίσεστε τε καὶ αὐτούς ἦν αὐτῷ τὸ σεατευμα  
πέρος τοῖς ὄροις, τότε δὴ οἰωνοῖς χρησάμενος αἰσιοῖς,  
ἐνέβαλεν ἐις τὴν πολεμίαν. Ἐπεὶ δὲ τάχισα διέβη  
τὰ ὄρια, ἐκεῖ ἀν καὶ Γῆν ιλάσκετο χοᾶς, καὶ Θεός  
Θυσίας, καὶ ἥρωας Αστυείας οἰκήτορες ἐνμενίζετο.  
Ταῦτα δὴ ποιήσας, ἀνθίσ Διὶ πατρώῳ ἔθυε, καὶ  
ἔτις ἄλλος Θεῶν ἐφάνητο, θύενος ἡμέλει, cum mi-  
liti edixisset, ut vasa colligerent, rem sacram  
Jovi primum Regi, deinde Diis ceteris fecit;  
additis precibus, ut & propitii benignique es-  
sent, & exercitui se duces, bonosque commili-  
tones & socios, atque etiam rerum utilium  
consultores præbere vellent. Præterea Heroas  
Medorum terræ incolas, & curatores implor-  
ravit. Quum autem rite litasset, & totus  
exercitus ad fines sine mora pervenisset: bo-  
nis avibus hostile solum invasit. Ut vero pri-  
mum fines transferat, Tellurem libationibus  
propitiam sibi reddidit, & Deos atque Heroas  
regionem Assyriorum incolentes sacrificiis  
placavit. Quibus peractis, rursum Jovi pa-  
trio rem divinam fecit, nec si quis alias se  
Deorum offerret, ullum neglexit. Sic & LI-  
VIUS p) Amilcarem, Phœnicii generis ho-  
mi-

p) Histor. l. XXI. c. i.

minem, exercitum in Africam trajecturum sacrificasse narrat. Quod ipse Hannibal, Amilcaris filius, apud CORNELIUM NEOPTEM q) sic eloquitur: *Pater meus Hamilcar puerolo me, utpote non amplius novem annos nato, in Hispaniam imperator proficiens Carthagine, Jovi optimo maximo hostias immolavit.* Romanos etiam Imperatores sacrificia, ante prælium, Diis placandis obtulisse J A C. obseruat LYDVS r). Græcorum de regibus Scholia festi Euripidis: s) Ειώθασιν οἱ βασιλεῖς, εἰς πόλεμον μέλλοντες ἔξειναι, θύειν τοὺς θεοὺς. Reges ad bellum ituri Diis sacrificare solent.

## §. VII.

Secundo id quoque mos Hebræorum tulit, ut fœdera & pacta non sine sacrificio percuterentur inirenturque. Nempe victimam aliquam, frustatum concisam, ita disponebant, ut transitus pateret inter partes sibi invicem oppositas. Hoc facto fœdus jungentes pacientes transibant inter partes medias, ad indicandum, cūpere se & optare, ut qui violare fœdus pactumque ausus esset, victimæ illius instar membratim concideretur, adeoque misere periret; imo, ut illud fieret, ipsos

G 5

fese

q) In *Hannibale* c. II.r) In *Syntagm. sacro de re milit.* p. 148.s) In *Orefſt.* v. 349.

sese omniaem datus esse operam. Spectant ad ritum hunc, ejusdemque significatum, manifesto illa Jeremiæ : t)  
וְנִתְתֵּי אֶת הָאֲנָשִׁים  
העברים את בריתו אשר לא הקימו את דבריו  
הברית אשר כרתו לפני העגל אשר [כרתו  
לשנים ויעברו בין בתרו : שרי זהורה ושרי  
ירושלם הסורים והחנינט וכל עם הארץ  
העברים בין בתרו העגל : ונתתי אורכם נור  
איביהם וכבוד מבקשי נפשם וחותה נבלתכם  
למאכל לעוף השמים ולבחמת הארץ. *Tradam viros, qui fædus meum transgressi sunt, nec servarunt conditiones fæderis, quod pèrigerunt coram me, cælo in duas partes juvenco, inter cuius frusta transferunt; procères Judæ atque Hierosolymæ, aulicos & sacerdotes, imo populum terræ universum, qui transferunt inter frusta juvenci; tradam, inquam, eos in manum hostium, & in manum eorum, qui vitæ eorum insidiantur, cedentesque cadavera ipsorum in pastum avibus cæli, & bestiis terræ. Vsi ritu eodem in foedere pangendo Græci etiam & Trojani sunt, si scriptori belli Trojani illi credimus, qui DICTYS Cretensis nomen præfert. Is enim de pacis foedere, inter Antenorem, Trojanum, & Diomedem ac Vlyssem, Græcos, initio, hæc narrat: u) „Antenor refert, missos a Græ-*

t) Cap.XXXIV, 18.19.20.

u) *Belli Troj. l.V.c.10.*

„a Græcis super conditionibus prædictæ pa-  
„cis, decem lectos viros: quos ubi deduci  
„in senatum placuit, & dextræ invicem da-  
„tæ atque acceptæ sunt, statuunt inter se uti  
„proximo die, campi medio atque in ore  
„Omnium aras statuant, in quis fidem pacis  
„jurisjurandi religionibus firmarent. Quis  
„perfectis Diomedes atque Ulysses jurare oc-  
„cipiunt, permanuros se in eo, quod sibi  
„cum Antenore convenisset, testesque in eam  
„rem Jovem summum, Terram matrem,  
„Solem, Lunam atque Oceanum fore. Dein  
„excisis in duas partes hostiis, qua ad eam  
„rem admotæ erant, ita uti pars ad solem,  
„residuum ad naves spectaret, per medium  
„transeunt. Dein Antenor in eadem verba  
„placitum confirmat. Ita perfecto negocio  
„ad suos quisque abeunt. Idem: x) „Tum  
„communi consilio super conditio[n]e prælia  
„jusjurandum interponi hoc modo placuit:  
„Calchas Thestoris filius, præscius futuro-  
„rum, porcum marem in forum medium  
„afferri jubet; quem in duas partes disse-  
„ctum, Orienti Occidentique dividit, atque  
„singulos nudatis gladiis per medium tran-  
„sire jubet. Dein mucronibus sanguine ejus  
„oblitis, adhibitis etiam aliis ad eam rem  
„necessariis, inimicitias sibi cum Priamo per  
„religionem confirmant: neque prius se bel-  
„lum

x) Lib. I. cap. XV.

„lum deserturos, quam Ilium atque omne regnum eruissent. Quis perfectis pure latuti Martem atque Concordiam multis immolationibus sibi adhospitavere.., In his quod de dissecto porco mare dicitur, id ex Romano sumtum videtur more. Apud Romanos enim, cum foedus inibatur, porcum sāxo filice percutiebat facialis aliquis, addita hac precatione: „Tu Jupiter populum, qui prior legibus, dolo malo, defexit, illo die sic ferito, ut ego porcum hodie ferio, tantoque magis ferito, quanto magis potes polles.., que.., y) VARRO: z) *Initiis pacis, fædus cum feritur, porcus occiditur. FESTVS:*  
a) *Porci effigies inter militaria signa quintum locum obtinebat, quia consecrato bello, inter quos populos pax siebat, cæsa porca fædus firmari solebat.* VIRGILIVS: b)

*Post idem inter se posito certamine reges Armati Jovis ante aras, paterasque tenentes*

*Stabant, & cæsa jungebant fædera porca.*

SVE-

y) LIVIVS *Histor.* I. I. c. XXIV. Cf. lib. IX. c. V. ubi sic concepta legitur precatio: *Per quem populum fiat, quo minus legibus dictis stetut, ut eum ita Jupiter feriat, quemadmodum a facialis porcus feriatur.*

z) *De re rustica* I. II. c. IV.

a) *De Verborum significat.* p. m. 169. voce *Porci.*

b) *Aeneid.* I. VIII. v. 639. Vide ibi TAVBMANNVM.

SVENTONIVS de Claudio Cæsare : c) *Cum regibus fædus in foro icit, porca cæsa.* Non male conjecterunt viri docti, d) ortas ex hoc ritu videri formulas, כרת ברית Chald. גור קם scindere fædus ; Græc. ὅρκια τέμνειν , secare iusjurandum , frequens Homero locutio ; Latin. percutere , ferire , icere fædus. Addi etiam solebat sanguinis effusio , hac significatione , ut prout sanguis victimæ effusus fuerat , & quaqua versum adpersus : ita qui-cunque foedus frangeret , intelligeret sanguinem suum effundendum esse. e) Græci vinum effundebant , & ad effusionem illam hanc recitabant imprecationem : f)

Ὀππότεροι πρότεροι ὑπὲρ ὄρηα πημήνειαν  
Ωδέ σφ' ἐγνέφαλος χαμάδις ρέοι, ὡς ὅδε ὄνος  
Αυτῶν παὶ τενέων, ἀλοχοὶ δ' ἄλλοισι μιγεῖεν.

*Vtri priores contra fædera noxam intulerint,*

*Sic ipsorum cerebrum in terram fluat , si-  
cut hoc vinum,*

*Ipsorum ♂ liberorum : uxores autem aliis  
misceantur.*

Sanguinem vero in fædere feriendo effun-  
dere,

c) In Tib. Claudio c. XXV.

d) E. c. SAM. BOCHARTVS in Hieroz. P. I. I. II. c.  
33. p. m. 326. & JO. CLERICVS in Comment. ad  
Genes. XV, 10.

e) Vid. CLERICI Commentar. ad Exod. XXIV, 8.

f) HOMERVUS Iliad. III. v. 299.

dere, antiquissimus etiam apud Hebræos ritus fuit, utpote a Mose jam usurpatus g), qui יזקח את הדם ויזרק על העם ויאמר הנה רם הברית אשר כרת יהוה עמכבָּשׁ על כל הרכבים האלה sumto sanguine adspersit populum, & ecce, inquit, sanguinem foederis, quod, in omnes hasce leges, vobiscum icit Jehova. Cognosci igitur hinc potest, quid sibi velit formula רם הברית, sanguis foederis, apud Zachariam h) etiam occurrentis, quid item illa scriptorum novi foederis τὸ αἷμα τῆς διαθήνης. i) Illam jam cærimoniam, qua victimam ad altare feriebant foedus ineuntes, sanguinemque effundebant, haud omissurus fuisse videtur Jephtha, cuius maximi intererat, ut quæcum Gileadiris suis pactus esset, quam lolenissime confirmarentur. Quod si autem quis recentiorem forte ritum putet, quam qui ad Jephthæ ævum ascendat; non memorabo huic sanguinem a Mose in Israelitas sparsum, ex quo alioquin ad victimam foederis caussa jugulatam haud immerito concludas; sed ad antiquissimam provocabo gentis Hebræorum historiam, quæ exemplum illius aliquod non finit desiderari. Quid enim Jacobus fecit patriarcha, foedus cum Labano confirmatus זבח בחר ויקרא לאהו? ראל להם, victimam sacrificavit in monte,

&

g) Exodi XXIV, 8.

h) Cap. IX. v. II.

i) Matth. XXVI, 28, Hebr. X, 29.

*& cognatos suos ad cibum capiendum invitavit, k) epulum illis præbiturus ex carnibus viætimæ, quæ non adolebantur.*

## §. IX.

*Tertio*, sacra etiam tunc facere consueverant Hebrei, cum princeps constituebatur novus. Docet id historia Sauli, in qua relatum legimus, ejusdem in regis inauguratione, Gilgale suscepta, sacrificia oblata esse salutaria. I) Conveniens scilicet videbatur rem tanti momenti aggredientibus, muneribus exhibitis propitium sibi reddere Numen, cœptisque favens atque annuens. Deinde nec transfigendam judicabant solennitatem istam absque epulo aliquo, ac tali quidem, quod ex carnibus bonam partem apparatum esset sacris, ut ex sacris convivando arctius conjungerentur animi, accedente quodam religionis vinculo; ac populi erga principem propensio, hujusque in illum amor atque benevolentia firmaretur augereturque. E re igitur Jephæ erat idem fieri, dum principatu præficeretur.

## §. X.

illos itaque inter ritus prolocutus Jephæ est אֶת כָּר דְּבָרוֹ, *omnia verba sua*, i.e. uti quidem interpretor, paœta converta sua omnia, seu

k) Gen. XXXI. 54.

l) 1. Sam. XI, 15.

seu conditiones, quæ ipsi cum gente Gileaditica convenerant. Sæpiissime enim de *pactis*, *conditionibus legibusque vox* דְבָרּוֹת usurpatur. Sic Moli Deus foedus se cum Israelitis fecisse ait, m) פִּי הַרְבָּרוֹת הַלְّהָה, i. e. *legibus, conditionibus iustis*, quæ expressæ fuerant antea. Mox n) וּבְרוּ הַבְּרוּת, *verba fæderis, & عشرת הַרְבָּרוֹת decem verba memorantur*, ad indicandum fœderis conditiones, legesque ejus decem præcipias. Et quando Jeremias o) Judæis suis *verba fæderis non præstata* exprobrat, quid vult, nisi quod servatæ ab ipsis non sint impletæque fœderis conditiones? Nolo cumulare hujus generis loca, quæ infinita sunt.

## §. XI.

Itaque sic animum induco meum, Jephtham conditiones pactionis cum Gileaditis factæ singulas clara & alta voce, audiente toto exercitu, ad aram recitasse, &, ut jurejurando, sicuti moris erat, p) ibidem confirmarentur, postulasse. Fuit fortassis illud quoque in more Hebræis positum, quod gentibus non nullis aliis, ut qui quid stipularentur aram tenerent jurantes. Sic de Amilcare proditum

m) Exod. XXXIV, 27.

n) Versu 29.

o) Cap. XXXIV, 18.

p) V. Gen. XXI, 23. XXVI, 28. XXXI, 53,

tum est, q) quod filium suum, Hannibalem, fidem ipsi, quam postulabat, daturum, ad aram adduxerit, apud quam sacrificare institerat: eamque ceteris remotis tenentem jurare jusserit, nunquam eum in amicitia cum Romanis fore. Confirmat rem LIVVS: r) *Fama est, Annibalem annorum ferme novem, pueriliter blandientem patri Amilcari, ut duceretur in Hispaniam, quem perfecto Africo bello exercitum eo trajecturus sacrificaret, altaribus admotum tactis sacris jurejurando adactum, se, quem primum posset, hostem fore populo Romano. Eodem ritu Aeneas jurat apud VIRGILIVM, s) ideoque sic loquitur:*

Tango aras, mediosque ignes & numina  
testor,  
Nulla dies pacem hanc Italos & fæderaz  
rumpet.

*Quo res cunque cadent.*

Hinc CICERO t) de homine nullam prorsus fidem merente, qui, inquit, si gram reñens juraret, crederet nemo. Ab isto autem ritu nec Hebræos abhoruisse, inde fit credibile, quod iidem alia etiam de caufa, nempe ut tuti essent a violentia, cornua altaris apprehendere sunt soliti. u)

Pars IX.

H

§. XII.

q) CORNELIUS NEPOS in *Hannibale* c. II.

r) *Histor.* I. XXI. c. I. s) *Aen.* I. XII. v. 201.

t) *Orat. pro Flacco* c. XXXVI.

u) *I. Reg.* I, 59. II, 28.

## §. XII.

Tali igitur, uti expositum hactenus est, modo gesta res illa quuin videatur, exemplum prabere narratio hæc poterit brevitas illius insignis, quam servare in narrationibus tolent historici sà ri. Quæ sane brevitas lectorem requirit & interpretem, qui ex natura rei, de qua agitur, res colligere norit circumstantes. De quibus nisi constet, neutquam fore sperandum est, ut ea, quæ narrantur, plene intelligantur, aut accurate exponantur.

*OBSERVATIO VI.*  
**DE AQVA CORAM JEHOVA  
EFFVSA.**

*Ad i. Sam. VII, 6.*

וַיֹּאמֶר שְׁמוֹאֵל קְבִצֵּו אֶת כָּל יִשְׂרָאֵל  
הַמִּצְפָּתָה וְאַתְּפָרֵל בְּעָדָכֶם אֶל יְהוָה : וַיִּקְבְּצֻוּ  
הַמִּצְפָּתָה וַיִּשְׁאֲכִוּ מִיכְתָּם וַיִּשְׁפְּכוּ לִפְנֵי יְהוָה  
וַיַּצְמֹאוּ בַּיּוֹם הַהוּא וַיֹּאמְרוּ שֶׁם חַטָּאנוּ לִיהוָה.

*Congregate, inquit Samuel, Israelem universum Mitzpam, & intercedam pro vobis apud Jehovahm. Convenerunt igitur Mitzpam, aquamque haustam effuderunt coram Jehovah. Jejunarunt etiam die illo dixeruntque: Pec-  
cavimus in Jehovah.*

**CONSPECTVS.**

*Occasionem aquæ effundendæ clades præbuit ingens,  
qua*

qua affecti a Philistæis nuper fuerant Israelitæ, horumque desiderium, quo liberari cupiebant a jugo Philistæorum gravi. §. I. Jonathanis, R. Sal. Isaacidis, R. Levi ben Gershom, R. D. Kimchi, Abarbanelis, Hug. Grotii & Jo. Clerici de aquæ effusæ significatione opiniones. §. II. Jonathanis & Clerici sententia naturæ actionis symbolice repugnat, quum ea non nisi ad res vel præteritas, vel futuras, vel que oculis non usurpantur, repræsentandas suscipi soleat. §. III. Voluerunt Israelitæ aqua effusa partim calamitatem illam, quam ipsis intulissent Philistæi, effigiare; partim desiderium suum exprimere, quo Philistæorum copias mox fundi cuperent. §. IV. Pertinet actus ad symbolicos, quos ab Hebreis frequenter tunc suisse usurpatos, exemplis suis Saulus rex, Achija, Zedekia atque Eliseus prophetæ docent. §. V. Effusio nem aquæ rem significasse luctuosam, ex actibus colligitur illis, quos simul tunc suscepereunt Israelitæ, jejuno & culpæ confessione. §. VI. Constantinus l' Empereur, & Jo. Jac. Cramerus letitia significationem habuisse opinati sunt. §. VII. Ex argumentis eorum quatuor ad examen revocatur primum. §. VIII. Secundum. §. IX. Tertium. §. X. Quartum. §. XI. Nostra sententia ex Psalmo confirmatur XXII. v. 15. ubi verbis: instar aquæ effusus sum, statum Psalmes describit miscerrimum. §. XII. Latini eadem utuntur figura. Exercitus enim fatus, prostratus est, & perniciei traditus.

## §. I.

**D**E aqua Mitzpæ ab Israelitis coram Jehova effusa quid sentiam, Observatione su-

H 2

perio-

periori, §. VI. indicavi paucis : nunc , quum  
mereri res videatur, ab interpretibus huc il-  
luc tracta, plenius sententiam explicare ani-  
mus est atque confirmare. Cladem Israelitæ  
a Philistæis passi nuper fuerant ingentem,  
amissis in prælio peditum triginta millibus.  
Accesserat calamitati magnus ex eo cumulus,  
quod capta ab hostibus fuerat arca fœderis,  
in Philistæam abducta , & in templo Dago-  
nis Asdodi deposita. Ac licet eam restituere  
vi quadam divina coacti essent Philistæi ; ab  
opprimenda tamen gente Israelitica non de-  
futerant. Israelitæ igitur , agnoscentes tan-  
dem , impositum sibi illud jugum fuisse justa  
Numinis irati vindicta , doloris de delictis  
admissis significationem edere , lamentisque  
placare Deum instituunt. Quibus Samuel,  
„Si ergo , inquit , id agitis serio , ut in gra-  
„tiam cum Deo redeatis, tollite e medio ve-  
„strum omne alienorum Deorum genus,  
„animosque vestros in solius Jehovæ cul-  
„sum unice defigite. Sic fiet, ut ab oppres-  
„sione Philistæorum liberemini.„ Hoc præ-  
ceptum accurate exsecutos Israélitas , Mitz-  
pam convocat Samuel, supplicationis caussa,  
Deo solenniter facienda. Quo ubi conve-  
niissent , aquam haustam coram Jehovah , seu  
ad altare, effundunt, jejunium agunt, & pec-  
cata sua confitentur.

§. II.

## §. II.

Quæsiverunt interpretes magno studio,  
quid aqua illa effusa sibi voluerit, caussasque  
commenti sunt varias. Afferam, lectoris cum  
venia, aliquorum ea de re opiniones. Pri-  
ma esto JONATHANIS, interpretis Chal-  
dæi, qui aquam effusam de animo pœnitenti  
coram Deo effuso exponit, adeoque tropico  
sensu verba: *effuderunt aquam accipit.* Sic  
רְשָׁפֵיכְוּ יְתַת בְּחֹזֶן בְּתִיוֹתָא: כְּמַיָּא קְרֻם יְיָ, effuderunt animum suum cum  
*resipiscientia, instar aquæ, coram Jehova.*  
R. SALOMO vero ISAACIDES, inhæren-  
dum esse ratus sensui proprio, signum inter-  
pretatur hominum, humiliter & demisse de  
לְפִי מִשְׁמָעָו אֲנָנוּ אֶלְאָ  
סִימָן הַכְּנָעָה וְהַרְיָה אֲנָנוּ לְפָנֶיךָ כְּמַיָּס הַנְּשָׁפֵכִין  
*Sensum litteræ si sequaris, non fuit*  
actio illa, nisi signum animi humilis, ac si di-  
xissent Israelitæ: *Ecce nos coram te ita vi-*  
les sumus, *ut aqua illa effusa.* R. LEVI ben  
GERSCHOM innocentiaz testificationem  
שְׁפָכוּ מַיִם לְפָנֶיךָ יְיָ לְהַעֲדָה  
fuisse arbitratur: *שִׁבְרָה הַתְּרוּחָז שֵׁם בְּעַנְיָחוֹת*, *aquam, inquit,*  
*effuderunt, ad indicandum, ipsos ibi jam ab-*  
*luisse seſe, propter opera sua prava, antea per-*  
petrata. R. DAVID KIMCHI: *וְתַכְן לְפָרֵש:*  
שְׁפָכוּ מַיִם לְפָנֶיךָ יְיָ סִימָן לְכִפְרָת עֲנוֹת  
*Mibi rectum vide-*  
*tur sic exponere, quod aquam effuderint co-*

ram Iehova, pro signo factæ jam expiationis  
 peccatorum, sicuti apud Jobum c. XI. v. 16.  
 res, quæ præterit, cum aqua comparatur,  
 quæ effluxit, verbis: Non magis recordaberis  
 molestiæ tuæ, quam aquæ præterlapsæ.  
 Acutissimus R. ISAAC ABARBANEL non  
 aquam intelligi vult, ex fonte, fluvio aut ci-  
 sterna aliqua haustam, sed lacrimas: זכרשׁם  
 שאבו מים ושפכו לפני ה' רוצח לומר  
 ששפכו לבכם לפניך תי'. והנכון אצלו  
 שאבו מי רמעותיהם ושפכו אותם חוממות  
 נכחפני ה' ובמורש שמואל אמרו ורשאבו  
 מים. וכי מי שאבו? אלא מלמר שאבו  
 דברו תורה כמי. וכי לפני השם שפכו.  
**אלא** מלמר ששפכו לכם בתשובה כמים  
*Cum dicitur, aquam illos haustam coram Deo effudisse, sensus, ex interpretatione Jonathani, est, quod animum suum coram Deo effuderint. Mea autem sententia aqua, quam hauserunt, lacrimæ sunt, quas in conspectu Dei profuderunt. In expositione allegorica librorum Samuelis querunt Doctores: Quid significatur verbis: Hauserunt aquam? An quod aquam revera hauserint? Imo potius, quod verba hauserint legis, ut aquam, copiose. Porro an vere effuderunt aquam coram Deo? Docetur potius, quod animum suum cum paenitentia instar aquæ effuderint. Sententias Rabbinorum plures ideo recensui, ut illis*

lis interpretum Christianorum prolixe com-  
memorandis supersedere possim. Horum  
enim plerique vestigiis Rabbinorum insi-  
stunt, sic ut nihil fere ab iis dictum hac de-  
re sit, quod Judæi non dixerint prius. Nec  
eximendi hic sunt duo interpretum princi-  
pes, Hvgo Grotius & Jo. Cleri-  
cvs, quorum hic alioqui susque deque ha-  
bere afferat commentatores Judaicos, atque  
adeo Rabbinos omnes. Grotius enim, cum  
scribit : "Aqua effusa lacrimas significat,"  
Abaranelis; Clericus vero Jonathanic & eo-  
rum, qui, indice Abaranele, allegorias se-  
ctati sunt, amplectitur sententiam. At enim:  
„Crediderim ergo, inter alias symbolicas,  
„hanc etiam actionem fuisse; ut qui palam  
„significare vellent sese effundere animum  
„suum coram Deo ( quam locutionem supra  
„habuimus, Cap.I, 15.) hoc est ex animo eum  
„orare, animumque suum ei patefacere, nec  
„quidquam in precibus suis esse fucati, ef-  
„funderent aquam coram Deo. Sic qui vo-  
„lebant innocentiam suam testatam facere,  
„palam manus abluebant, de qua consuetudi-  
„ne vide Deut. XXI, 6. Itaque cum Israelitæ  
„ex animo Deum orare vellent, coram toto  
„populo aqua est effusa, veluti in conspectu  
„Dei. Eo respicere omnino videtur Jere-  
„mias, Lament. II, 19.

## §. III.

Evidem sub examen revocare nolo sententias, quas protuli, singulas; dicam tamen paucis, quid, quo minus in illam Jonathanis atque Clerici, cui major, quam ceteris, inest veri species, descendam, prohibeat. Fatetur Clericus, istam aquæ effusionem actionem fuisse symbolicam. Non suscipiebantur autem apud Hebreos actiones symbolicæ, nisi vel ad præterita, vel ad futura, vel ad ea saltem, quæ oculis non usurabantur, repræsentanda. Quid opus erat animi coram Deo effusi symbolo, quum palam & in præsenti animi sui desideria exponerent Israelitæ? Supervacuum est signum rei, ubi res ipsa præsens adest. Naturæ igitur symboli expositio illa repugnat.

## §. IV.

Quid igitur sentiendum tandem erit? Mihi sane convenientissimum videtur dicere, voluisse Israelitas actione illa tum calamitatem illam, quam intulerant Philistæ, effigire, tum desiderium illud suum exprimere, quo cuperent illum mox videre diem, quo clade simili afficerentur hostes. Vtriusque rei symbolum aqua effusa esse poterat aptissimum. Perit enim repente aqua, quæ effunditur: atque sic nupero in prælio multa Israelitarum millia subito interierant. Idem vero fatum hostes si experirentur, illi etiam simi-

similes futuri erant aquæ profusæ. Hoc autem ut brevi fieret, unice in votis tunc habebant Israelitæ, duro Philistæorum sub jugo gementes.

## §. V.

Sumendum mihi ante omnia illud est, quod &, præter Clericum, interpres larguntur alii, symbolicum utique fuisse actum, sive signum alicuius rei, quæ aquæ effusæ esset similis. Ineptus enim alioqui reputari deberet, & ab omni ratione alienus. Minime autem inusitatos ævo isto antiquiori inter Israelitas ejusmodi fuisse actus, ex illo palam est Sauli regis facto, quo ille frusta duorum boum concisorum ad civitates misit Israeliticæ, iisque nunciari jussit, quisquis non sequutus fuisset Saulum & Samuelem, ad bellum contra Nachasum Ammonitam, Jabelam Gileadiridis tunc obsidentem, ac diua quævis incolis minitatum, prosecuturos, cum ejus bubus eodem modo actum iri. a) Prophetas, etiam illos, qui a Samuelis atque Sauli ætate non longe vivebant remoti, actionibus ejusmodi usos esse frequenter, ignotum esse potest nemini. Nimirum magis illæ, quia rem oculis veluti subjiciebant, afficere animos & percellere videbantur, quam nuda oratio. Sic Achija Silonita significaturus Jeroboamo, scissum iri regnum

H 5

Ju-

a) I. Sam. XI. 7.

Judaicum, & in regna abiturum duo, quorum unum, e tribubus constans decem, Jerobamus teneat, vestem novam in frusta scidit duodecim, decemque ex his Jeroboamo tradidit. b) Zedekias, Cenaanæ filius, cornua sibi fecit ferrea, eaque Achabo ostentans, stragem ominatus est, quam in Aramæis editurus esset Achabus. c) Elisæus Joasum, Israelitarum regem sagittam ejaculari jussit, sagittrisque terram percutere, ad indicandum, casum a Joaso iri Aramæos. d)

## §. VI.

Qualis autem rei, latae an luctuosæ significationem illa aquæ effusio habuerit, ex actuum, quos simul tunc suscepérunt Israelitæ, reliquorum consideratione dijudicari poterit. Dicuntur nempe illi eodem die jejunasse, peccatorumque confessionem edidisse. Abesse igitur tunc oportebat omnem gaudii testificationem, quippe quæ cum animi dolentis atque pénitentis signis, ut sunt jejunium & delictorum confessio, consistere minime potest. Itaque aliena a consilio atque instituto Israelitarum aquæ fuisse effusio, si ad animum illa latum, nec ad tristem potius indicandum pertinuisse.

## §. VII.

- b) 1. Reg. XI. 30. 31.  
d) 2. Reg. XIII. 18. sqq.

- c) 1. Reg. XXII. II.

## §. VII.

Proinde miror, scripsisse CONSTANTI-  
 NVM L' EMPEREVR: e) „Cum inter-  
 „pretibus illa ad luctum & tristitiam refer-  
 „re, quibus Judæi summum gaudium expri-  
 „mabant, cum rationi adversatur, tum iis,  
 „quæ subjunguntur: nam si hausta aqua ad  
 „conceptum de peccatis dolorem refereba-  
 „tur, quo & jejunium spectabat; quorum  
 „ista de die eodem observatio, jejunium sci-  
 „licet non alio, sed eodem die celebratum  
 „fuisse pertineat, non video. Quare v. 6.  
 „hoc sibi auctor voluisse videtur, Israelitas  
 „postquam (nam וְיַצִּים signif. postquam,  
 „ut Exod. XVI, 20.) jejunassent, & culpam  
 „suam fassi fuissent; concepta de sua salute  
 „fiducia ex illis Samuelis verbis v. 3. liberabit  
 „vos de manu Philistæorum, tum, inquam ga-  
 „visos fuisse, quemadmodum in festo taber-  
 „naculorum ipsis solenne erat., Miror et-  
 iam JO. JACOBVM CRAMERV M f) Em-  
 pereuri rationibus tantum tribuisse, ut ean-  
 dem sententiam sibi duxerit amplectendam.  
 Habere quidem sibi visus est Cramerus quod  
 ad illam confirmandam faceret: „Non est,  
 „ait,

e) In *notis ad Middoth* p. 69.

f) In *Commentar. posthumo ad codicem Talmud. Succa*, quem eidem codici, a se edito illustrato-  
 que, inseruit FRIED. BERNH. DACHSIVS,  
 Traj. ad Rhenum 1726. 4.

„ait, quod dicas, jejunia & gaudia non bene  
 „uni diei convenire, nam utrisque una luce  
 „operari Judæis tum solenne fuit, cum jeju-  
 „niis suis Deum motum esse comperere.“  
 Sed quamvis gravis hæc videatur ratio; ta-  
 men illa, uti postea ostendemus, in rem præ-  
 sentem minus bene quadrat. Videamus in-  
 terim unde prober Cramerus, gaudii signi-  
 ficationem cum jejuniis conjungi consue-  
 visse. Locus est, ex codice Talmudico de  
*jejuniis* petitus: g) מעשה שגזרו תענויות בלא רורו להם גשימים קודם החזות אמר להם ר' טרפון שאו ואכלו ושתו ועשו יומם טוב ויצאו ואכלו ושתו ועשו יום טוב וכאו בון הערבים וקראו היל הנורא. Accidit aliquan-  
 do, ut cum *jejunium Lyddæ* indixissent, pluvia ante meridiem descenderet. Quo facto R. Tar-  
 phon sic præcepit *Lyddæ habitatoribus*: Exi-  
 te, comedite ac bibite, & diem festum agite. Exierunt igitur, comederunt biberuntque, ac diem celebrarunt festum, imo hymnum ma-  
 gnūm inter duas vesperas recitarunt.

## §. VIII.

Possunt singula hæc, quibus demonstra-  
 tum iverunt Empereurus & Cramerus, effu-  
 sionem aquæ, ab Israelitis tunc susceptram,  
 non tristitia five luctus, sed lætitia fuisse  
 symbolum, ad argumenta reduci quatuor.

(I)

g) *Taanith. Cap: III. §. IX.*

(I) Quia jejunium illius diei ad dolorem de peccatis conceptum significandum pertinuit, non potest eodem referri effusio aquæ eodem die peracta. Sed consequentiam hic desidero. Quid enim vetuit Israelitas dolorem suum ritibus eodem die testatum facere pluribus? Ut diebus festis indicio non uno lætitiam Hebræi suam solebant prodere; ita illis etiam, quibus supplicatio fieret, luctum suum signis manifestabant variis. Cilicum enim induebant, cineres capiti inspergebant, vestes scidebant, pectus tundebant, humiliabant, cet.

## §. IX.

(II) Effusio aquæ post jejunium facta est, quia **וְיִצְמַח** verti potest, *postquam* jejunarunt: hunc enim significatum præfixum **וְ** passim admittit. Accidit igitur tunc, cum lugere jam desissent Israelitæ, gaudiumque de salutte promissa concepissent. Resp. Non inficiamur, **וְ** suis locis idem esse ac *postquam*. Sed non confugiendum ad illam significationem in narrationibus est, nisi cum **וְ** Verbo præfixum reperitur, actum denotanti tam, quem præcessisse ex rei gestæ serie liquidio cognoscitur. Alioquin enim ordo rerum, quæ contigerunt, mirum sapienter in modum turbabitur. In hac autem historia nihil quicquam est, ex quo intelligi possit, jejunium antecessisse effusionem aquæ.

## §. X.

## §. X.

(III) Fuit Judæis aquæ effusio symbolum gaudii tabernaculorum festo. Ergo fuit etiam in illa supplicatione. Ad quam rationem quæ monenda puto, tria sunt. Primum aquæ libatio, in συνοπηγίας solennitate usurpata, ritus est recentior, <sup>nam ut ex illo præfenti de negocio tuto quid possit colligi. h)</sup> Deinde, quod tanquam certum hic assumitur, id dubitationi obnoxium est magnæ. Multum enim adhuc disputatum de eo fuit, utrum libamine istoc gaudium significatum fuerit festum, an lex, an Spiritus Sanctus, an pluvia, an denique quidquam aliud. Veri tamen simillima eorum videtur opinio, qui ad desiderium pluviæ largioris, a Deo impetranda, referendum illud censuerunt. i) Denique, si vel maxime concedamus, latitiæ signum fuisse aquam, tabernaculorum festo in altare effusam; non consequetur tamen hinc necessario, fuisse etiam in solennitate illa, qua jejunio & precibus numen iratum placare studuerunt Israelitæ. Possunt enim unius ejusdemque ritus significaciones esse duæ, eademque contrariae. Ita v. c. tibiæ usus apud Judæos in rebus tristibus juxta obtinuerat, ac in lati. Audiebatur tibiæ cantus in templo duodecies per annum, fe

stis

h) Vide sis *Observationum* harum part. I. Obs. II. §. XI.  
i) V. iterum *Observ.* cit.

stis quidem solennioribus ; audiebatur item in nuptiarum solemnibus ; audiebatur vero etiam in luctu. Hinc Talmudici adhibitas fuisse ajunt tibias *לכלה או למת*, *ad sponsam* (in nuptiis) *aut ad mortuum* (in tunere). Qui posterior usus ex novo etiam foedere cognoscitur. Aderant enim in funere filiae Jairi, a Christo postmodum in vitam revocatae, *ἀναγνωσται, tibicines.* k) Prorlus igitur Iudeorum etiam moribus illud convenit O-

VIDII: 1)

*Cantabat fanis, m) cantabat tibia ludis :*

*Cantabat mæstis tibia funeribus.*

Et apud Græcos coronarum ex frondibus, sive fertorum, gestatio, & pæanum canticum, non solum de hilaritate, verum etiam de mœcstia & luctu testabatur. Huc spectans Oedipus, Thebanos suos, pestilentia vexatos, opisque perendæ caussa ad ipsum confluentes, sic alloquitur : n)

Ω τέκνα Κάδμος τε πάλαι νέα τροφὴ,

Τίνας ποθὲ ἔδεις τάσδε μοι θοάζετε

Ιπτηρίοις ολάδοισιν ἐξεμεμένοι;

Πόλις δὲ ὁμοὶ μὲν Θυμιαμάτων γέμει,

Ομοὶ δὲ παιάνων τε καὶ σεναγυμάτων.

O

k) Matth. IX, 23.

l) Fast. I. VI. v. 659.

m) Sic legitur in edit. Veneta a. 1486. fol. pro *fanis*, quod est in vulgaribus.

n) Apud SOPHOCLEM in *Oedipo Tyranno* statim in princip.

*O nova soboles antiqui Cadmi,  
Quid hoc in loco confedistis  
Supplicibus ramis coronati?  
Vrbs vero tota thure incenso fumat,  
Pæanibusque ac gemitu resonat.*

## §. XI.

(IV) Quia Lyddenses eodem, quem jejunio destinaverant, die hilaria egerunt, jussu Tarphonis, patet hinc, sueuisse Judæos gaudia cum jejunis conjungere, cum jejunis suis Deum motum esse comperere. Præterquam vero, quod id, quod a civitate una, & jussu factum est Doctoris singularis, consuetudo dici nequit omnium; factum illud Lyddensium trahi huc non potest. Hi enim id, cuius caussa jejunare instituerant, jam impetraverant, non impetraverant vero Israelitæ, Mitzpæ congregati.

## §. XII.

Quapropter neque Empereuri neque Crameri rationes ab illa, quam ingressus sum, me abstrahent sententia, Israelitas aqua effusa tum calamitatem, in quam ipsi nuper incidissent, tum id repræsentare voluisse, quod hostibus ipsorum ut contingeret optarent. Aquam vero effusam imaginem Hebreis tuisse conditionis afflictissimæ statusque miserrimi, ex illo psaltæ liquet dicto, quo

כמים (o) quo aquæ instar effusum sè esse ait: o נשבכתי, sortem, ad quam redactus sit, tristissimam indicaturus. Nempe eodem fere loco res suas esse innuit, quo aqua sit in terram effusa, quæ colligi denuo haud possit: actum videri de salute sua, adeo exhaustum sese esse viribus omnino omnibus. Quæ mens psal-tæ formulis statim sequentibus magis decla-ratur: התפזרו כל עצמותיו היה לבי כרונג נמס בתרוק מי: יבש כחרש כחר ורשוני מרכיב מלקוותיו ולעפר מות תשפטני Separata sunt ab invicem omnia ossa mea, cor meum ceræ instar liquefactum est in mediis visceribus meis. Ut testa exaruit vis mea, lingua mea adhesit faucibus meis, & in pulverem mortis dejecisti me. Quæ singula summam, in quam conjectus quis sit, significant miseri-ram.

## §. XIII.

Figura sermonis eadem est, quando Latini fusum dicunt exercitum, qui cæsus, profligatus prostratusque est, adeoque in perniciem dejectus. Exempla apud probatissimæ latinitatis scriptores extant frequentissima. Cæsar de Romanis, adversus Gallos qui pugnaverant: p) Sic omnibus hostium copiis fusis, armisque exutis, se in castra munitionesque suas recipiunt. Et quis ipsum ignorat Ciceronem eadem passim usum formula?

Pars IX.

I

OB-

(o) Pl XXII, 15.

p) De bello Gall. I. III. c. VI.

130. Obs. VII. De Samuele Bethele, Gilgale,

OBSERVATIO VII.

DE SAMVELE BETHELE,  
GILGALE, MITZPÆ ET RAMÆ  
JVS DICENTE.

Ad i. Sam. VII, 16. 17.

וְהָלֵךְ מֹרֵי שָׁנָה בִּשְׁנָה וְסַבַּב בֵּיתָאֵל וְחַגְלָנִי  
וְהַמִּצְפָּה וְשִׁפְט אֶת יִשְׂרָאֵל אֶת כָּל הַמִּקְומּוֹת  
הַאֲלָהָה: וְתִשְׁבַּתְוּ הַרְמָתָה כִּי שֵׁם בֵּיתְנוּ וְשֵׁם  
שִׁפְט אֶת יִשְׂרָאֵל וְיִכְן שֵׁם מָזָכָה לְיוֹחָה:

Obibat Samuel quotannis Bethelem, Gilgallem & Mitzpam, jusque dicebat Israeli in omnibus illis locis. Tum redibat Ramam, quoniam ibi domicilium ejus erat. Ius vero illic quoque dicebat Israeli; exstruxerat enim ibidem altare Jehovæ.

CONSPEC TVS.

R. Levi ben Gershom de caufsa itineris, quod, ut jus Israëlitis diceret, Bethelem, Gilgalem atque Mitzpam quotannis suscepit Samuel, sententia non satisfacit. Jo. Clerici opinioni situs locorum repugnat. §. I. Obiit potius Samuel loca ista ideo, quod, quum antiqua religione jam essent consecrata, sacra ibi solerent fieri, eaque propter judicio exercendo cumprimis viderentur idonea. §. II. Id quod ostenditur de Bethele §. III. de Gilgale §. IV. de Mitzpa §. V. de Rama ipsa, Samuelis sēde. §. VI. Talis etiam locus Bersaba, ubi filios suos ius dicere voluit Samuel. §. VII. Nata consuetudo faciendi iudicium, saltem supremum, in locis sacrī ex mandato divino Deut. XVII, 8. §. VIII. Judæi recentiores morem fecuti eundem, sedem Synedrio magno in templo delegerunt. §. IX. Quemadmodum apud Graecos quoque iudicium Areopagiticum in loco

*loco dabatur, templo Eumenidum vicino : ad quod templum, ante caussæ disceptationem, jusjurandum dare cogebantur actor & reus. §. X. Iudæi, cum in synagogis jurant, stringuntur fortius. §. XI. Interpretis Græci ἐν πᾶσι τοῖς ἡγιασμένοις τάποις, unde natum sit. §. XII. Abarbanelis interpretatio a scopo non procul aberrat. §. XIII.*

## §. I.

**D**igna hæc etiam historiae Samuelis pars est, cui illuſtrandæ opera aliqua impendatur, sic ut cauſſa investigetur, quare Bethel, Gilgalem atque Mitzpam potissimum propheta ille, idemque simul Judex populi, juris dicundi cauſſa, quotannis obierit. Ad quam cauſſam interpretes vel plane non attendisse video, vel talem certe attulisse, quæ omni ex parte non satisfacit. Est aliquid, quod dicit R. LEVI ben GERSCHOM, quem plerique fere sequuntur  
 רְחַנָּה זֶכֶר אָךְ שִׁפְטָם כָּל יְמֵי חַיּוֹ בְּחַשְׁנָה  
 שְׁמַוְאֵל אֲתִי יִשְׂרָאֵל כָּל יְמֵי חַיּוֹ בְּחַשְׁנָה  
 נוֹסְפָת כִּי הוּא לֹא הוּה מָטוֹרֵחַ יִשְׂרָאֵל לְבוֹא  
 אַלְיוֹ כְּמוֹ שְׁחוּזָה עֲשָׂוִים בְּנֵיו אֶבֶל הוּא הוּה  
 הַוְּלָךְ לְשִׁפְטָם בְּבִירָאֵל וְהַגְּלָגָל וְהַמְּצָפָה וְהַדָּוָה  
 מִתְקַבְּצִים שֶׁם אַלְיוֹ הַמְּקוֹמוֹת הַקְּרוּבִים  
 לְהַמָּן וְאַחֲרֵי הוּה שֶׁב אֶל הַרְמָה כִּי שֶׁם הוּה  
 בְּרָתוֹ וּבֵית אַבּוֹתוֹ וְשֶׁם הַרְחָםָה שׁוֹפֵט אֶת  
 יִשְׂרָאֵל הַקְּרוּבִים לוֹ. Observat scriptor sa-  
 cer, quomodo jus Israeli dixerit Samuel, per  
 omnem vitam, magna cum cura atque provi-  
 dentia. Noluit enim ille hanc Israelitis im-  
 ponere molestiam, ut ad ipsum accederent, quod

quidem filii ejus faciebant, sed ipse iter suscepit ad jus illis dicendum Bethole, Gilgale & Mitzpæ, quò locorum vicinorum incolæ ad ipsum convenirent. Postea autem Ramam rediit, quod ibi domus ipsius & majorum ejus esset, atque ius ibidem dixit Israelitis in vicinia incolentibus. Est hoc, inquam, aliquid, sed rationem consilii omnem minime exhaustit. Quod si enim id unice spectavit Samuel, ut itineris molestia Israelitas levaret, cur non ad remotiora potius loca profectus est, quam ad talia, quæ spatio non admodum longo se juncta erant ab ipsius patria. Cur non Hebronem e. c. sese recepit, si australium, & Cadesiam, urbem Naphtalitudis nobilem, si partium regionis septentrionalium habitatoribus jus dicendum esset? Paucorum milliarium discrimine aliquantum quidem, sed non adeo multum Israelitarum, in finibus extremis degentium, commoditatati consulebatur. Vetat etiam situs locorum illam, quam Jo. affert CLERICVS, admitti rationem, quasi urbes illas obeundo agrorum Israeliticorum latitudinem ab occasu in ortum, cis Jordanem, peragrare voluerit Samuel. Neque enim Mitzpam (quae ex urbibus illis quatuor maxime in occasum vergit) & Gilgalem inter latitudo terræ cis Jordanem tota patebat, sed dimidia circiter. Sita enim Mirzpa, ut historia docet Maccabaica, *κατεβατι ιεροσαλημ*,

Hie-

*Hierosolymis ex adverso : a) qua formula vicinam huic metropoli Mitzpam fuisse inuitur. Longe igitur a finibus absuit occidentalibus, seu a mari mediterraneo.*

## §. II.

Tametsi igitur negare nolim, Samuelem eo etiam consilio Bethalem, Gilgalem atque Mitzpam sese contulisse, ut iis, qui ab ipsius patria & sede longius, saltem austrum versis, disjuncti viverent, esset propior ; subesse tamen credo caussam quoque aliam. Delegit nempe, si quid judico, loca ista Samuel præ reliquis, quod antiqua religione essent consecrata, adeoque judicio summo habendo cum primis viderentur idonea. Poterant enim, pro illius temporis licentia, in locis illis singulis sacra fieri : quorum usus, dum caussæ forentes disceptarentur, longe erat maximus. Nam quum præsens illis adesse crederetur Numen, b) fiebat sane loci consideratione, & sacrorum, quæ ibi peragerentur, intuitu, adeoque vindictæ divinæ metu, ut, nisi profligata adesset improbitas, ipse iudex ab injustitia, actor vero a calumnia deterreretur, testes ad verum dicendum, reus denique ad culpæ confessionem fortius adigerentur atque compellerentur. Suadet præterea Samuelis pietas, ut illum jus dicere

I 3

nun-

a) I.Macc. III, 46.

b) Hinc qui Bethalem sacrificatum ibant viri tres, ad Deum dicuntur proficiisci, I. Sam. X, 3.

nunquam aggressum esse credamus , nisi sacris ante factis, & Numine rite invocato. c) Conveniebat igitur judicium ab eo in locis exerceri iis , ubi sacra res fieri licite tunc posset.

## §. III.

Quod autem pro sacrīs , sive talibus , in quibūs cultum Deo publicum solennemque exhiberi fas esset, habita fuerint loca illa singula, quæ obire quotannis suevit Samuel, ordine nunc ostendendum est. Initium ab urbe facimus Bethelis. Vrbem fuisse antiquissimam , historia docet patriarcharum gentis Judaicæ , unde vetus ei nomen Luzæ fuisse simul discimus d) Sita erat in confiniis Ephraimitidis & Benjaminitidis , tribus circiter milliariis Germanicis ab Hierosolymorum urbe , septentrionem versus , in via, qua Sichemam tendebatur Hierosolymis. e) Jacobus Bethelis nomen ei fecit , בֵּית אָלֹהִים , quasi *domum* dicas *Dei* , quod Deum illic ratione quadam singulari præsentem esse crederet , propter visionem illam mirabilem, quæ noctu ei juxta locum istum in agro contigerat. Ipse jam Abrahamus , non diu in Canaane commoratus , aram erexit prope Be-

c) Mitzpæ certe, in comitiis, tribunal non ante conscedit, quam Deo perlitatum esset 1. Sam, VII, 6.

d) Genes. XXVIII, 19.

e) V. RELANDVM in *Palaestina*, vocibus *Bethel* & *Luz*.

Bethel. e) Postea Jacobus, ex Aramaea redux factus, altare eodem in loco, ubi lapidem jam posuerat inunctum, f) jussu divino, condidit, in monte quidem, ut videtur, prope Bethel situm, g) pro illorum temporum more. Hinc ergo factum, ut seru etiam posteri in magna locum habuerint veneratione. Quocirca & Judicum tempore arca feederis aliquamdiu ibi fuit reposita; & jejunium sacrificiumque factum solemne ab undecim tribuum exercitu. h) Nec alia caussa motum fuisse credibile est Jeroboamum, primum Israelitarum regem, ut vitulum Bethel consecraret aureum, i) quam quod persuasum ei esset, Israelitas ad hanc urbem cultus divini caussa eo libentius conventuros, quo antiquior ejus esset dedicatio, quippe ab ipsis gentis conditoribus facta.

§. IV.

Gilgal, in vicinia Hierichuntis, a qua vix tertia parte milliaris Germanici ortum versus aberat, nobilis evaserat cum ex eo, quod prima, a Jordane superato, castra juxta eam posuerat exercitus Israeliticus; tum quod primum ab exitu ex Aegypto pascha, posito ante præputio, ibi celebraverant Abrahamidas;

I 4

tum

e) Genes. XII, 8.

f) Genes. XXXV, 1, 7.

g) Cujus historicus sacer meminit I. Sam. XIII, 1.

h) Jud. XX, 27. Cf. XXI, 2.

i) Reg. XII, 28. sqq.

136 Obs. VII. De Samuele Bethele, Gilgale,

tum denique, quod sedem tabernaculi & arcae fœderis primam illam fecerant. k) Quis etiam dubitet, intra annos illos quatuordecim, quibus, ut a Judæis traditur, Gilgale substituit tabernaculum, sacrificatum ibi fuisse crebrius. Ex quo auctoritas loco tanta comparata est, ut Samuel illum præ ceteris ad peragendam Regis consecrationem judicaverit delendum. In qua inauguratione sacrificia simul oblata fuere salutaria. l) Quemadmodum & Saulus ibi postea viictimas immolavit. m) Hoseæ & Amos tempore cultum ibi exercitum fuisse oportet idololatricum; vetat enim propheta uterque Judæos atque Israelitas sacrorum caussa Gilgalem adire. n)

§. V.

Mitzpæ, in Benjaminitide comitia haberi solebant populi: non habebantur autem sine sacrificiis. o) Sed de his quidem supervacuum fuerit ea hic repetere, quæ observat. V. jam sumus commentati.

§. VI.

Loca autem illa singula postquam obiisset Samuel, Ramam revertebatur, ubi sedem fixerat. Dicebatut hæc etiam Ramathaim, forma nominis duali, quod bipertita forte esset,

k) Jof. V, 10.

l) 1. Sam. XI, 14.

m) 1. Sam. XIII, 9.

n) Hof. IV, 15. Amos V, 5.

o) V. Jud. XX, 1. Sam. VII, 5. X, 17.

esser, sive urbs duplex, & cum addito, *Ramathaim Zophim*, quod esset in tractu *Zuph*. p) Sita erat in montanis Ephraim, q) Bethel non adeo longe remota, septentrionem versus, sicuti ex *Judicum* & *Chronicorum* libris r) colligitur. Tribunal hic etiam loci sibi collocavit Samuel, quod altare ibi exstruxisset. Hoc nimirum indicat scriptor sacer verbis רַשְׁמָ שִׁפְט אֶת יִשְׂרָאֵל וּבָנָם מִבְּחָר לִיהוָה, quæ nisi sic interpreteris: *Ibi quoque jus dicebat Israeli*; EXSTRVXERAT ENIM *ibi altare Jehovæ*, non facile apparebit, quare altaris mentio cum illa jurisdictionis statim hic coniungatur. Posuerat autem Samuel altare illud, ex more tunc recepto, in loco quodam edito, juxta Ramam. s)

## §. VII.

Senex factus Samuel, cum vires haud amplius sufficiencias intelligeret sustinendæ illi molestiæ, quam populi universi gubernatio afferret; partitus est Judicis officium inter se & filios, Joelem & Abiam, t) hisque Bersbam, urbem in finibus ad meridiem extremis, assignavit sedem, ut jus ibi illis dicerent, qui

p) 1. Sam. IX, 5.

q) 1. Sam. I, 1.

r) Jud. IV, 5. ubi Debora habitasse dicitur Bethleem inter &amp; Ramam, in montanis Ephraimi: &amp; 2. Chron. XIX, 4. ubi fines regni Judaici septentrionales, tempore Josaphati, indicaturus scriptor sacer, montana ponit Ephraimitidis.

s) V. 1. Sam. IX, 12. 13.

t) 1. Sam. VIII, 2.

qui australia Palæstinæ incolerent. Nempe hic etiam locus sacer habebatur eo, quia Abrahamus illic, plantato nemore quodam sacro, *nomen Dei æterni invocaverat*, u) h. e. sacra publice ei fecerat: Isaacus altare construxerat: x) Jacobus etiam in itinere, quod ingressus erat, Ægyptiaco illac transiens, sacrificiis Deum, ante quam iter persequetur, erat veneratus. y) Idcirco posteri, quamvis in superstitionem prolapsi, tanti urbem fecere, ut vel fanum, vel simulacrum certe cum altari ibidem constituerint. Quod ipsum huic Amosi occasionem dedit diffusione: z) *Ne transeat*, adorationis, idolo præstandæ, & sacrorum caussa ne adeatis, *Bersabam.*

### §. VIII.

Nata autem videtur consuetudo Hebraorum faciendi judicium, supremum saltem, in locis, ubi rem divinam fieri moris esset, ex mandato illo divino, quo jubentur Israëlitæ in caussis gravioribus, judicem adire, in loco versantem illo, quem Deus elegerit. a) כִּי יְפָלָא מָמָךְ רַבֵּר לְמִשְׁפָט בֵּין רַם בֵּין רַן לְרַן וּבֵין נֶגֶע לְנֶגֶע רַבְּרִי רַבְּכֹת בְּשֻׁרְעָן וּקְמָתָה וְעֲלִית אֶל הַמְקוֹם אֲשֶׁר יִבְחַר יְהוָה אֱלֹהֵיךְ כֵּן: וּבְכָאת אֶל הַכְּתָנִים הַלוֹמָס וְאֶל דְּשַׁפֵּט אֲשֶׁר יְהוָה בִּים הַזָּם וּדְרַשְׁת וּהְגִידָה

ל

u) Genef. XXI, 33.

x) Genef. XXVI, 25.

y) Genef. XLVI, 1.

z) Am. V, 5.

a) Deut. XVII, 8.

לך את ובר המשפט: וועשית על פי הדבר אשר  
יגדרו לך מן המקום ההוא אשר יבחר יהוה בך  
*Cum difficilius tibi videbitur aliquid in iudicio cœdis, litis, aut plague, de quo disceptatum fuerit in portis tuis (judiciis oppidanis;) tum surges, & ad locum, quem elegerit Jehova Deus tuus, te conferes. Adibisque illic sacerdotes Levitas, aut judicem, qui tunc erit, eosque consules. Indicabunt enim illi tibi, quid sit jus. Tu vero ita facies, prout tibi indicarint e loco, quem elegerit Jehova. In quibus sane iudex in loco agens, quem Deus elegit, ille est, qui in loco versatur, ubi publice Deus rituque colitur solenni. Quid mirum ergo, si Judæi hinc, poni ejusmodi in loco oportere tribunal sumnum, concluserunt?*

## §. IX.

Arcessi hinc omnium optime poterit ratio, quare conventus suos in templo egerit Synedrium, non magnum tantum, sed minus etiam utrumque. Egisse autem, scriptores Judæorum antiqui docent, iique tales, quorum testimonium valere in hoc genere debet plurimum. Mischnici in tract. de Synderiis : b) שלשה כתו וונין והוא שם אחר שושב על פתח הר הבית ואחר יושב על פתח העוזרת ואחר יושב בלשכת הגירות. Erant istic, in templo, collegia judicum tria, quorum unum ad portam sedebat montis tem-

pli

b) Sanhedr. c. X. §. 2.

140 Obs. VII. De Samuele Bethele, Gilgale,

pli (atrii gentium), alterum ad portam atrii magni, tertium in conclavi Gazith, quod ex lapide nomen habuit dolato, partemque dimidiā in atrio stetit sacerdotum, dimidiā vero alteram in Chel, five spatio antemurali. Synedrium scilicet senatorum LXXI. in conclavi Gazith, duo vero reliqua, judicum XXIII, ad portam atrii Israëlitarum, & ad portam atrii gentium judicium dabant. Testatur Gemarici ad illum Mischnæ locum : c) בית דין של שבעים ואחד יושבנן בדשכה הנית ושניהם בתיהם רינן של עשרים ושלשה אחד יושב על פתח הור הבירות ואחד יושב על פתח העזרה Senatus LXXI. confessum in conclavi Gazith habuit ; senatum vero XXIII. unus ad portam montis templi, alter ad portam atrii magni. Per portam montis templi non putem designari aliam, quam unam e quinque illis, quæ murum templi extreum, atrium gentium, quod Judæis vulgo mons templi dicitur, faciebant pervium ; speciatim orientalem ; quam scriptores Judaici portam Susan, Lucas Evangelista θύεαν appellat ἡράκλεια. d) CONSTANTINVS quidem L' EMPEREVR, „portam montis templi, inquit, e) „cave putes aliam, quam quæ in orientali latere atrii mulierum conspiciebatur ; quia „de porta montis interiori agitur, & mons „tem-

c) Sanhedr. f. 88. c. 2.

d) Act. III. 2. V. Observ. philol. p. I. Obs. VI.

e) In notis ad Middot c. V. sect. III. n. 5.

„templi late accipitur, ut חיל comprehendat,  
„R. Sal. teste, cum quandoque spatum inter  
„חיל & montis murum solummodo desi-  
gnet. „ Verum locutos sic Judæos esse un-  
quam, ut portam montis templi eam dixerint  
portam, ad quam perveniret, qui montem  
templi, sive atrium gentium, imo spatum  
etiam antemurale, ab ortu esset emensus, id  
ego certus sum exemplio ostendi posse nullo.  
De porta vero atrii magni supra vel  
juxta quam Synedrium minus alterum con-  
sedit, nemo dubitat eam esse, quæ seminarum  
inter & Israelitarum atrium fuit, nomenque  
gescit ex Nicanore. Cur igitur in templo,  
quam in urbe judicium facere maluerunt Syn-  
edria? Scilicet ut illud eo sanctius fieri vi-  
deretur atque incorruptius, quum in præ-  
fentia fieret ipsius Numinis.

## §. X.

Causa fere eadem Athenienses impulit, ut  
judicium Areopagiticum, quo nihil esse con-  
stantius, nihil severius, nihil fortius CICE-  
RO pronunciat, f) prope Aedem Deabus,  
quas vocabant, Severis sacram haberi volue-  
rint. PAVSANIAS, de Areopago loquens: g)  
Πλησίον δὲ ιερὸν Θεῶν ἐστιν, ἀς καλέστιν Αθηναῖος  
Σεμνᾶς, Ησιόδος δὲ Εριννύς ἐν Θεογονίᾳ. Proxime  
Dearum est Ædes, quas Athenienses Severas,  
Hesiodus vero Erinnys nominat in Theogonia.

Con-

f) Epist. ad Atticum I. I. ep. XIV.

g) In Atticis, c. XXVIII, p. 68.

142 Obs. VII. De Samuele Bethele, Gilgale,

Confirmat V L P I A N V S, Demosthenis interpres, rationem simul subjungens: τῇ ἐξ Αρέως πάγῳ Βελῆ τὰ τῶν Ευμενίδων ἐπέτραπτο, ὃν καὶ τὸ ιερὸν πλησίον ἰδεύτο τῆς Βελῆς. Καὶ οἱ μὲν Φασιν, ὅτι διὰ τὸν Ορέστην ἐκεῖ καθιδεύθη. Βέλτιον δὲ λέγειν, ὅτι διὰ τὰ Φονικά. Επειδὴ γάρ εὐ Αρέωφ πάγῳ τὰ τῶν Φονέων ἐδικάζονται, ἐκεῖ καθιδεύθησαν, ἵνα εἴ τι καὶ λανθάνειν μέλλοι τὴν Βελήν, ἀντιτείνασσαν αγωνίζωνται πρὸς τὸν ἔλεγχον ἐγγὺς ἐΦεσῶσαι. Senatui Areopagitico sacra Eumenidum mandata erant, earumque fanum prope illorum curiam fuerat constitutum, propter Orestem quidem, ut nonnulli ajunt. Sed rectius dicas propter causas capitales, quia in Areopago causae capitales tractabantur, ut et si quid lateret senatum, hæ ad coarguendum facinus adjutrices essent, in procinētu stantes. Ad illud templum, & per easdem Deas, priusquam causa disceptaretur in Areopago, iurandum praestare oportebat auctorem atque reum, mactatis rite apri, arietis & tauri carnisbus insistentes, i) atque hunc quidem iurandum innocentiaz, illum vero illud calumniaz. k) Qui pejerasset, eum ultrices experiturum Deas illas nulli dubitabant.

§. XI.

Jurisjurandi ad Ædem sacram datimentionem

h) Ad Orat. Demosthenis contra Midiam p. 180.

i) Vid. MEVRISIUM in Areopago p. 49. 50.

k) V. POLLVCEM Onomast. I. VIII. c. X. DINARCHI Orat. contra Demosth. p. 29. LYSIUS Orat. contra Theomn. p. 126.

nem dum facio, suggestur menti iusjurandum illud, quod ab homine Judæo non raro exigunt judices Christiani. Non potest profecto ullum vinculum ad stringendum fidem jurejurando, apud gentem illam, arctius esse, quam si in Synagoga, præsentibus quidem viris ad minimum decem, qui *cœtum*, **ורה**, creduntur conficere, ac imposita manu dextra volumini legis ei, quo vulgo ad prælectionem legis solennem in Synagoga utuntur, jurare quis cogatur. Quod nisi observetur, sperandum non est fore, ut jurisjrandi religione adigatur Judæus ad fatendum aliquid, quod illa etiam non adhibita haud suisset fassurus. Loci sacri, propter Numen præsens, vis in conscientiam magna est; profani autem, cuiusmodi forum esse judicatur Christianum, fere nulla.

### §. XII.

Videri possint interpretes Græci, qui LXX vulgo vocantur, in veram penetrasse rationem, quare Bethele, Gilgale & Mitzpæ potissimum jus Israelitis dicere voluerit Samuel, quoniam verba **את כר המקומות האלה** sic transtulere: *ἐν πᾶσι τοῖς ἡγιασμένοις τόποις, in omnibus consecratis hisce*, ubi subaudiri posset *χωρίοις, locis*. Sed crediderim potius, perperam illos legisse vocem **המקומות**, quasi *scriptum esset רמקודשוה*, hammekuddashot, q. e. *consecratis*: qui sane proclivis error erat apud homines, superfuntorie vo-

ces

ces legere solitos : qua culpa interpretes illos minime vacare, abunde constat.

### §. XIII.

Suboluit tamen, quod non dissimulo, rationis adhuc explicatae aliquid sagacissimo ISAACO ABARBANELI, quippe sic commentato : וְהַר שְׁחוֹת שְׁמוֹאֵל הַוְלָד מַעֲזֵר אֶל עִיר לְשֻׁפּוֹת אֶת יִשְׂרָאֵל בְּכָל הַמִּקְומָת הַחֲבָבָה וְחַנְכוֹן שֶׁלָּא רִיחָה הוֹלָד כִּי אִם בְּאוֹתָם הַעֲרוֹם אֲשֶׁר יִשְׁבֶּה שֵׁם הַאַרְנוֹן וְהַשְׁגַּת הַשְׁבָּס וְתָהָר דְּבָקָרֶת בְּחַם וְהַם בִּתְאֵל שְׁחִיא שִׁילָה (שְׁמָן) נִקְרָא בְּעַמִּים בִּתְאֵל מִפְנֵי הוֹתָה בֵּית הַאֱלֹהִים שֵׁם וּמִים רַבִּים) וְהַגְּלָגָל וְהַרְאָה הַמִּקְומָת אֲשֶׁר יִשְׁבֶּה הַאַרְנוֹן שֵׁם רַאשׁוֹנָה אַחֲרֵי שַׁעֲבָרוּ הַיּוֹתָר וְהַמְצָפָה לְהַוּתוֹ מִקּוֹם מַושְׁפֵּעַ וּמַשְׁנָגָה מִאָר Refert scriptor sacer, quod profectus sit Samuel ab una urbe ad alteram, ut jus diceret Israëlitis in omnibus locis illis. Enimvero non profectus nisi ad urbes eas est, que vel arcam haberent fœderis, aut aliquando habuissent, vel providentia certe divinæ monumenta. Erant vero Bethel, quæ est Silo (sæpius enim hæc vocatur Bethel, quod esset ibi dominus Dei per longum tempus) & Gilgal, ubi arca fœderis reposita primum fuerat, postquam transiissent Israëlitæ Jordaniem, & Mitzpa, ubi complura edita fuerant providentia divinæ documenta. Non est in his quod improbem, nisi quod Bethelis nomen de Silunte capiat Abarbanel, quod palam est ad urbem pertinere illam, de qua §. III.

exponimus.

**FINIS PARTIS NONÆ.**



JO.GOTHOFR.LAKEMACHERI  
**OBSERVATIONVM**  
**PHILOLOGICARVM**  
*PARS DECIMA.*

---

*OBSERVATIO I.*

**DE BARBA LEGATIS DA-  
VIDIS ABRASA**

*Ad 2. Sam. X, 4.5.*

ירקח צנן את עבורי רוד ויגלח את חזי  
זקנם וכורת את מדריהם בחזי עד שתורתום  
ירושלחם : ויגדו לדוד וישלח לקראותם כי  
הו האנשים נכלמים מאר ויאמר המלך שבו  
בירוחן עד יצמח ז肯כם ושבתם :

*Apprehendit Chanun, Ammonitarum rex,  
ministros Davidis, abrasitque barbam eorum  
dimidiā. Veste quoque eorum resecuit di-  
midias, ad clunes usque, atque sic eos dimisit.  
Hoc postquam illi Davidi significassent, misit  
rex illis obviam, quoniam summo pudore fuf-  
fus*

*Pars X.*

K

fusi erant viri, & sic mandavit: Maneat  
Hierichunte, donec barba vestra creverit:  
tum redeatis.

## CONSPECTVS.

Barba lesionem in ignominia veteres posuere summa. Vnde proverbium natum: τίλλειν τὸν πώγωνα. Aliqui etiam jurarunt per barbam. §. I. Cumpri-  
mis vero honorem barbe maximum Hebrei ha-  
buerunt vicinique populi, e. c. Arabes Scenite, que  
gens priscos Hebreorum vivendi mores, opiniones  
atque instituta in plurimis exakte etiamum re-  
fert. Mores illa antiquos tuta est semper. §. II.  
D'Arvieux de veneratione barbe apud Arabas te-  
stimonium luculentum. §. III. Caussa, quare bar-  
ba abrasio, alteri facta, in injuria numeraretur  
summa, duplex fuit. (1) quod illa pro ornamento  
& decore singulari haberetur vultus virilis, &  
pro nota animi fortis. Clementis Alexandrini,  
Luciani & Plutarchi ea de re loca. §. IV. (2) Quod  
signum crederetur libertatis. Idem de barba no-  
stra etiam memoria senserunt Russi. §. V. Intel-  
ligitur hinc injuria, legatis Davidis illata, atro-  
citas. Hebrei illam eo gravius ferre debuerunt,  
quod lex ipsis ratione barba interdixisset. §. VI.  
Tribulis ferreis lacerare corpora, supplicium fu-  
it in oriente haud infrequens: & que ac illud, quo  
serra dissecabantur homines inde a capite ad ima-  
usque ventris. Quod Græcis etiam & Romanis  
haud inusitatum. §. VII. Ingenium orientalium  
sevius. Hostes bello captos pecorum loco habebant,  
& in eos quidvis sibi licere putabant. Non est  
nostris ex moribus de actionibus orientalium ju-  
dicium formandum. Sic uxores & pellices alere  
multas, crimine apud ipsos vacabat. §. VIII. Ne-  
que

que tamen populum Ammonitarum universum, sed ejus tantum proceres, qui passim **הָעֵם**, sive populi nomine designantur, diris ipsis suppliciis affectit Davides. Ammonitarum enim gens postea etiam potens fuit atque clara. §. IX. Verba **וְהַעֲבֹר אֶותֶם בְּמֶלֶךְ**, omissa Masoretharum crisi, vertenda sunt: Et transtulit illos, Ammonitarum aliquos, sc. in exilium, sive captivitatem, una cum rege ipsorum. §. X.

## §. I.

**B**arbæ apud veteres tantus erat honor, ut Blædere illam si quis esset ausus, summum intulisse putaretur probrum, injuriam maximam. Apud Græcos & Romanos si cui modo velleretur barba, magnam is pati censebatur ignominiam. Quod proverbio originem dedit **τίλλειν τὸν πωγῶνα**, vellere barbam, quo contemnitus significatus fuit magnus, ludibriumque minime leve. a) Nonnulli etiam per barbam suam, quasi res sacra esset, jurare non dubitarunt; id quod pluribus docuit **NEOCORVS**. b)

## §. II.

Omnis autem barba studio, amore atque veneratione, facile vincebant Hebræi vicini- que populi, e. c. Arabes. Qua de re quam luculentius, plenius accuratiusque, quod e-

K 2

qui-

a) V. ERASMI Chiliades p. m. 141.

b) In Biblioth. novorum libr. a. 1697. p. 496,

quidem sciam, exposuerit nemo, quam Gal-  
lus ille rerum orientalium peritissimus, na-  
tionis Gallicanæ apud Aleppenses quondam  
consul, d' ARVIEVX, non pigebit me huc  
transcribere ex libro ejus *Voyage dans la  
Palestine* dicto, observationibusque pulcer-  
rimis refertissimo, c) quaæ in rem præsentem  
faciunt. Præmonendum vero hic ante o-  
mnia est, non esse in oriente gentem ullam,  
quaæ priscorum Hebræorum mores & viven-  
di rationem, si a latrociniis discesseris, exæ-  
ctius repræsentet, quam Arabas Scenitas,  
quorum mores in libro memorato describit  
d' ARVIEVX. Servat illa antiquam con-  
suetudinem degendi sub tentoriis, atque hæc  
modo huc modo illuc transferendi, prouti  
pascuorum ratio exigit, servat opiniones, ser-  
vat instituta Hebræorum veterum, quos &  
cognitione attingunt, quum conditorem  
gentis Ismaelem habeant, Abrahami filium.  
Si qua igitur Scenitarum vel consuetudo ex-  
plicatur, vel opinio, cuius vestigia historia  
etiam ostentat Judaica; habebimus sane un-  
de lucem huic affundamus egregiam. Nec  
est, quod quis existimet, alias esse mores A-  
rabum hodiernos ab antiquis. Nunquam  
enim hos in alicujus momenti rebus im-  
mutavit gens, quam pristinam simplicitatem  
etiamnum tueri palam est, & quaæ libera sem-  
per

c) Prodiit Parisiis a. 1717. 8.

per extitit suisque vixit iegibus , genius suum purum usque servavit & ab omni commixtione immune , ac summa denique duci deprehenditur antiquitatis reverentia.

## §. III

Sed audiamus nunc , quid referat scriptor laudatus de honore illo insigni , in quo barbam suam habere consuerunt Arabes : d)  
„Les Arabes ont tant de respect pour la barbe , qu'ils la considerent comme un ornement sacré , que Dieu leur a donné pour les distinguer des femmes . Ils ne la rasent „jamais , & la laissent croître dès leur premiere jeunesse . Il n'y a point aussi de marge d'infamie plus grande que celle de la „raser : c'est même un point essentiel de leur Religion , parce que Mahomet ne l'avoit jamais rasée , e) & c'est aussi une marge d'autorité & de liberté parmi eux , aussi bien que parmi les Turcs . Les Persans „qui la rognent , & qui la rasent par dessus la mâchoire , sont réputés herétiques ; le rasoir ne passe jamais sur le visage du Grand Seigneur ; tous ceux qui servent dans son serraill l'ont rasée , pour marque de leur

K 3

ser-

d) Cap. VII. p. 173.

e) Ipse vero Mohammed a barba radenda non alia de causa abstinuit , nisi quod mores gentis , ex qua ortus erat , antiqui id exigerent .

„servitude. Ils ne la laissent croître que quand  
 „le Sultan les a mis dans cette liberté , qui  
 „leur tient lieu de récompense , & qui est  
 „toujours accompagnée de quelque emploi  
 „pour servir hors du ferrail. De tous ceux  
 „qui approchent ce Prince , il n'y a que le  
 „Bostangi Bachi , qui ait le privilege de por-  
 „ter la barbe longue , parce qu'il est le chef  
 „des Jardiniers , qu'il leur commande abso-  
 „lument , & qu'il se tient auprès de la person-  
 „ne de l'Empereur , comme les Capitaines  
 „de nos gardes du Corps auprès de celle du  
 „Roi. Les jeunes gens , dont le sang est en-  
 „core fol , (pour parler leur langage) rasent  
 „leur barbe , quoique libres , à cause que le  
 „feu de la jeunesse les fait appliquer aux fo-  
 „lies du monde , plutôt qu'à l'obéissance de  
 „la Religion. Mais quand ils sont mariés , ou  
 „dès qu'ils ont un enfant , ils ne la coupent  
 „plus , pour montrer qu'ils sont devenus fa-  
 „ges , qu'ils ont renoncé aux vanités , &  
 „qu'ils ne songent plus qu'à leur honneur  
 „& à leur salut.

„Pour peu qu'on ait vu de Mahometans ,  
 „on n'aura pas manqué d'observer qu'ils  
 „étendent un mouchoir sur leurs genoux  
 „lorsqu'ils peignent leurs barbes ; qu'ils ra-  
 „massent superstitieusement tous les poils  
 „qui en tombent , & les plient dans du pa-  
 „pier , pour les porter au Cimetiere , à  
 „me-

„mesure qu' ils en ont une certaine quantité.

„C' est une plus grande marque d' infamie de couper la barbe à quelqu' un , que „parmi nous de donner le fouët & la fleur „de lys. Il y a beaucoup de gens en ce „païs-la qui preferoient la mort à ce genre „de supplice. J' ai vû un Arabe qui avoit „reçu un coup de mousquet dans la mâchoire, qui aimoit mieux se laisser mourir, „que de permettre que le Chirurgien lui „coupât la barbe pour le panser. Il falut un „si long-tems pour prendre sa resolution, „que les vers y paroifsoient déjà , & que la „gangrenne s' y alloit mettre ; il ne se montra jamais quand elle fut coupée, & quand „il sortit enfin , il avoit toujours le visage „couvert d' un voile noir , afin qu' on ne le „vit pas sans barbe, & cela jusqu' à ce qu'el- „le fût revenuë à son premier état.

„Quand ils ont une fois rasé la tête , sans „toucher à la barbe , c' est-à-dire dés qu' ils „sont peres, tout le monde leur fait des complimens , & leur souhaite mille bénédicitions ; ils ne la scauroient plus raser sans offenser leur Religion & leur honneur ; ils seroient même châtiés en Justice , comme „d' un crime, si cela leur étoit arrivé.

„Les femmes baissent la barbe à leurs maris , & les enfans à leurs peres , quand ils

K 4 vien-

„viennent les saluer ; les hommes se la bai-  
 „sent reciprocquement, & des deux côtés lors  
 „qu' ils se saluent dans les ruës, ou qu' ils ar-  
 „rivent de quelque voïage. Ces bafers sont  
 „réiterés de tems en tems parmi les compli-  
 „mens qu' ils se font les uns aux autres à peu  
 „prés en ces termes : Comment vous por-  
 „tez vous ? J' avois bien envie de vous voir,  
 „louë soit Dieu, Dieu vous garde, Dieu soit  
 „content de vous, vous vous portez bien.  
 „Ils répetent tout cela une vingtaine de fois,  
 „tant l' un que l' autre, en se tenant par les  
 „mains. Dès que les Arabes voient quelqu'  
 „un un peu âgé, avec la barbe rasée, ils ne  
 „manquent jamais de lui dire cette impréca-  
 „tion : *Que la malédiction de Dieu soit sur le*  
 „*pere, qui a engendré ce visage imparfait.*  
 „Ils disent que la barbe est la perfection de la  
 „face humaine, & qu' elle seroit moins defi-  
 „gurée, si au lieu d' avoir coupé la barbe on  
 „en avoit coupé le nez.

„Quand les Turcs voient parmi nous des  
 „vieillards nouvellement venus d' Europe,  
 „avec la barbe & la moustache rasée, ils en  
 „sont scandalisés & disent entre eux : N' est  
 „ce pas là un forçat de galere, n' est ce pas  
 „qu' on l' a diffamé dans son païs, & qu' il est  
 „venu ici afin qu' on ne le reconnoisse pas :  
 „Ou bien, voiez ce vieux pécheur, qui fait  
 „le jeune garçon pour se faire aimer, il faut  
 „avoüer

„avoüer que le vice dure aussi long-tems que  
„la vie : Ya-t' il rien au monde qui ressem-  
„ble mieux a un vieux singe que ce visage-  
„la ? & autres choses semblables. Ils admini-  
„rent ceux qui ont une belle barbe, & leur  
„portent envie ; voiez je vous prie disent-  
„ils , il ne faut voir que cette barbe pour  
„croire que c'est un homme de bien, & que  
„Dieu l'a favorisé de ses graces. Que si avec  
„tout cela un homme à belle barbe fait quel-  
„que chose de mal à propos, ils disent ; Quel  
„dommage de cette barbe ! cette barbe est à  
„plaindre : s' ils veulent faire quelque cor-  
„rection , ils diront plusieurs fois ; soiez  
„honteux de votre barbe, la confusion ne  
„tombe-t' elle pas sur vôtre barbe ? s' ils pri-  
„ent quelqu'un , ou s' ils font des sermens  
„pour nier ou pour affirmer quelque chose,  
„ils disent : Par vôtre barbe, par la vie de vô-  
„tre barbe, accordez-moi cela : Cela est, ou  
„cela n'est pas ; ils disent encore pour remer-  
„ciment, Dieu veuille conserver vôtre benîte  
„barbe, Dieu veuille verser ses bénédictons  
„sur vôtre barbe ; & dans les comparaisons:  
„Cela vaut mieux que sa barbe.

„Ils disent encore en proverbe : à telle  
„barbe, tels ciseaux : comme nous disons, à  
„bon chat, bon rat ; ils ont toujours les  
„mains à la barbe, comme j'ai déjà dit, dans  
„les assemblées & dans les conversations ;

K 5

„ils

„ils la peignent avec les doigts par con-  
 „nance, en écoutant ce qu' on dit. Si celui  
 „qui parle ne peut pas éviter de dire quelque  
 „parole indécente, comme de nommer quel-  
 „que partie du corps par son nom, &c. i.  
 „dit, *avec vôtre permission, Messieurs*, & alors  
 „chacun ôte à l'instant la main de sa barbe,  
 „pendant que l'autre suspend ce qu'il va di-  
 „re, les auditeurs répondent alors *Ifaddal,*  
 „comme nous dirions, *continuez!* quand il  
 „vous plaira, &c.

„Vne des principales cérémonies dans les  
 „visites serieuses, est de jeter de l'eau de  
 „fenteur sur la barbe, & de la parfumer en-  
 „suite avec la fumée du bois d' aloës, qui s'  
 „attache à cette humidité & lui donne une  
 „odeur agréable. Les Mahometans ne man-  
 „quent gueres de peigner leur barbe en finis-  
 „sant la priere, & d'y passer plusieurs fois les  
 „mains dessus, avant que de se lever pour les  
 „raisons que j'ai dites.

#### §. IV.

Ex his igitur abunde, credo, cognoscitur,  
 uti existimatio barbæ apud orientales summa  
 fuit; ita injuriam quoque illi factam in sum-  
 mis, imo in infamia fuisse numeratam. Caus-  
 sa vero subsuit duplex. Primum qui barbam  
 alteri abraderet, vel resécaret, gravitatem de-  
 trahere atque majestatei judicatus fuit vul-  
 tui

tui, illudque decus tollere, quod virilem faciem distingueret a muliebri. Quem præcipue in usum datam barbam esse viris, aliarum quoque orientis gentium fuit opinio. Egregie multa hanc in rem CLEMENS disserit *Alexandrinus*, qui partem vitæ maximam in oriente, puta, in Syria, Palæstina & Ægypto transgreditur, ideoque opinionibus orientalium probe sine dubio fuit imbutus. Operæ pretiūri fuerit, potiora ejus excerpti:  
 Ανδρεῖ δὲ ὄνται πτενίζεθαι καὶ ἀποκέιεθαι ξυρῷ,  
 πρὸς ἐυπέπειαν, καὶ πρὸς τὸ ἔσοπτρον διατιθέμενον  
 τὰς τρίχας. Ξύρεθαι τε καὶ ἀποτίλλεθαι, καὶ  
 λείνεθαι τὰς γένους, πῶς ἢ γυναικεῖον; καὶ ἐι μὴ  
 τις ἀυτὸς γυμνὸς ἴδοι, κανὸν γυναικας ὑπολαίθω.  
 - - - - Πορνικὸς τῆς ἐνέδρας ὁ τρόπος καὶ ἀθεος  
 θτος. Ο γὰς Θεὸς τὴν μὲν γυναικα λέιαν ηθέλησεν  
 εἶναι, ἀντοφυῇ τῇ κόμῃ, ὥσπερ ἵππον τῇ χάιτῃ,  
 γαυγεγμένην. Τὸν δὲ ἄνδρει καθάπερ τὰς λέοντας,  
 γενέοις κοσμήσας, καὶ τοῖς λπσίοις ἡνδρεώσεις  
 δεῖγμα τῷτο ἀλκῆς καὶ αρχῆς. Τάυτη καὶ τὰς  
 ἀλειτρύόνας, τὰς ὑπερμαχάντας τῶν ὅρνίθων, κα-  
 θάπερ πόρυστι, τοῖς κάλλεσιν ἐκαλλώπισεν. καὶ  
 ζτως περὶ πολλῷ τὰς τρίχας τάυτας ὁ Θεὸς ἡγε-  
 ται, ὡς ἂμα Φρονήσει κελένειν παραγίνεθαι αὐ-

τὰς

f) *Pædagog.* I. III. p. 262. 263. 266. edit. Potter.

τὰς Ἰοῖς ἀνδράσι. - - - Τῷτο δὲ τῷ ἀνδρὸς τῷ σύνθημα, τὸ γένειον, διὸ καταφάνεται ὁ αὐτὴς πρεσβύτερον ἐστι τῆς Ἔυας, καὶ σύμβολον τῆς κρέιτους Φύσεως - - - Τὸ δὲ τῆς ἀνδρώδης Φύσεως σύμβολον, τὸ λάσιον, παρανομεῖν αἰνότιον. Τὸ δὲ καλλώπισμα τῆς λειάνθεως, Θερμάνομαι γαρ οὐπὸ τῷ λόγῳ, εἰ μὲν ἐπὶ τῷς ἀνδρας, Θηλυδρίᾳ. οὐ δὲ ἐπὶ τὰς γυναικας, μοιχῷ. ἄμφω δὲ ὅτι μάλιστα πορρωτάτω τῆς ἡμετέρας ἐκτοπισέον πολιτείας. ἀλλὰ καὶ αἱ τείχες τῆς καθαλῆς ύμῶν πᾶσαι ἡριμημέναι, Φησὶν ὁ Κύριος. ἡριθμηνται δὲ καὶ ἐπὶ τῷ γεννιῷ. καὶ μὴν καὶ αἱ παρ' ὅλον τὸ σῶμα. οὐδὲ ὅπως τι δὲν ἐκτελέσουν παρὰ τὴν προσάρεσιν ήτοι τὴν ἐγκατητιθμημένην τῷ ἀυτῷ Θελήματι. - - - Οὐ γαρ Θέμις ἐκτῆλαι ποτὲ τὸ γένειον, τὸ κάλλος τὸ σύμφυτον, τὸ γενναῖον κάλλος.

Πρῶτον ὑπηνήτην. Ἐπερχαριεσάτη ἥβη.

*Eum autem, qui vir est, pecti & tonderi, crines componentem ad speculum, genasque radi, velli, ac deglabrari, quomodo non est plane muliebre? & certe nisi quis eos nudos videbit, mulieres esse putaverit. - - - Hæc est fornicatoria & impia insidiarum ratio. Deus enim voluit feminam quidem esse glabram ac levem, sola coma, sicut equum juba, sponte naturæ exultantem: virum autem cum sicut leones barba ornasset, virilem etiam fecit. bir-*

juto

suto pectore , quod quidem est roboris & imperii indicium. Ita etiam gallos, qui pro galinis decertant , cristis tanquam galeis ornavit. Hos autem pilos Deus tanti facit, ut eos simul cum prudentia jubeat adesse viris.

Hoc viri signum, barba scilicet , per quod vir appareat , est Eva antiquius , & signum melioris naturæ. -- Id ergo violare, quod est virilis naturæ signum, scilicet hirsutum, est impium. Lævoris autem ornamentum ( ipsum enim verbum me accedit ) si propter viros fiat , est effeminati : si propter feminas autem, adulteri : utrumque autem est a nostra republica longissime relegandum. Quin etiam vestri quoque capitis omnes capilli numerati sunt , ait Dominus. g) Sunt autem etiam pili in barba numerati, atque adeo etiam, qui sunt in toto corpore : non est ergo vellendus præter Dei institutum, qui voluntate ejus annumeratus est. -- Nefas est enim barbam vellere , que est pulcritudo generosa & ingenua

Primo barbatum , namque hæc gratissima pubes. h)

Eandem plane in sententiam Cynicus etiam loquitur apud LVCIANVM. i) Τγεότητα καὶ λειότητα σαρκὸς γυναιξὶ πέπειν ἡγεντο ( ὁ

πα-

g) Matth. X, 30.

h) Versus est HOMERI Odyss. X. v. 279.

i) In Cynico, T. Opp. II. p. 724. ed. Græv.

παλαιοί) αὐτοὶ δὲ ὡσπερ ἦσαν οἱ Φάινεθαι αὐδεῖς ἥθελον. Καὶ τὸν πώγωνα κόσμου αὐδεῖς εὐόμιζον, ὡσπερ οἱ ἵππων χάιτην, οἱ λεόντων γένεια. Οἰς ὁ θεὸς ἀγλαΐας οἱ κόσμοι χάριν προσέθηκε τινα. Μάτωσι δὲ οἱ τοῖς αὐδεῖσι τὸν πώγωνα προσέθηκεν. Εκέινοι δὲ ἐγὼ ζηλῶ τὰς παλαιὰς, οἱ ἐπέιναις μιμεῖθαι βέλομαι. *Carnis mollitiem ac levorem decere mulieres existimabant veteres: ipsi vero sicuti erant, ita viri quoque videri volebant: ac barbam quidem cultum viri ducebant, ut & equorum jubam & leonum barbam, quibus Deus quædam ad splendorem & ornatum apposuit: Sic & viris barbam apposuit. Illos igitur ego æmular, veteres, inquam, illos imitari volo.* Animi etiam virilis, sive fortis nota reputata fuit barba promissa, uti contra abrasa effeminati. Hinc Lacedæmonii eos, qui ex prælio cum Thebanis commisso aufugerant, *Tresantumque, sive Trepidantium nomen* inde acceperant, barbam ex parte radere coegerunt, ex parte vero promittere, κ) ξυρᾶθαι μέρος τῆς ὑπήνυμς, μέρος δὲ τρέφειν.

## §. V.

Deinde & libertatis barba fuit indicium. Nam servos quidem & mancipia barbam aflare, aut promittere, non patiebantur veteres; poteratque proinde ex mento, servusne quis

k) PLUTARCH, in *Ageſil.* p. 612.

quis esset, an homo ingenuus cognosēi. Idem nostra etiam memoria Russorum nōs fuit. Non diu enim est, quando magna illorum pars, si barbam ponere cogeretur, præcipuum sē libertatis<sup>1)</sup> signum atque decus amissuros judicavit. Quocirca parum absuit, quin rebellionem concitassent adversus Principem suum, cum hic barbam eos radere, ad morem aliarum Europæ gentium, iussisset.

## §. VI.

Commemorata autem hæc a me hactenus fine non sunt alio, nisi ut ratio hinc intelligeretur, quare pœna tam gravi Ammonitas affecerit Davides. Injuria atrox viris facta, quos inviolatos esse vult jus gentium, ultionem utique requirebat severam. Barbam illis radere, quid erat ex opinione gentis utriusque, Israeliticæ & Ammoniticæ, nisi ignominiam inferre, qua major excogitari haud posset. Tollebatur decus virorum prorium,

au-

1) Observatum hoc est AVBRYO de la MOTRAYE in *Travels through Europe, Asia, & into part of Africa*, ex quo retulit ARMAND de la CHAPELLE in *Bibliothèque Angl.* T. XII. P. I. p. 152. „Mr. de la Motraye nous dit que la dernière rébellion, dont le Czar a été menacé, venoit de ce qu'il vouloit obliger ses Sujets à se faire raser, comme les Européans. La Barbe est parmi tous ces peuples une marque d'honneur & de liberté, n'y ayant que les Esclaves à qui on la coupe.“

auserebatur libertatis signum; imprimebatur vero animi effeminati & status servilis nota. Quibus rebus quid esse poterat contumeliosius apud gentes ornamenti illius virilis ad superstitionem usque, nec minus libertatis suæ amantissimas? Quid nostri non facerent Principes, si legati ipsorum, quos, amoris & benevolentiae testificandæ caussa, ad aulam aliquam misissent, alapis illic aut virgis, procerum tuas jussuque Principis, publice cæderentur? Apud Hebræos pecularis etiam accedebat ratio, cur gravissime ferri deberet illa contumelia. Vetuerat enim lex radi יקוח פאת extremitatem barbæ, seu partem barbæ illam, quæ ex mento gignitur dependetque. Hac igitur ipsos qui privabat, vel ex toto vel ex parte, efficiebat sane, ut contra legis institutum viderentur vivere, destituti scilicet eo, quo lex eosdem carere noluerat.

## §. VII.

Ad supplicium, cui Ammonitas tradidit Davides, quod attinet, varia commenti sunt viri eruditii, quibus crudelitatem ejus excusarent. Immane enim videbatur, & plus quam belluimum, ob solas barbas resectas ferris dissecare, postellis ferratis lacerare, securibus concidere, &c., quod a plerisque additur, in fornace lateritia comburere m) ho-

m) 2 Sam. XII, 31.

homines, etiam illos, qui neque auctores fuerant ignominia, legatis Davidis illatæ, neque forsan ulla ratione eam probaverant. Quocirca J O. A N D R. D A N Z I V S, celeberrimus quondam Jenensium philologus, commentarye singulari n) id egit, ut Davidem Ammonitas non mortis suppicio multasse, sed ad ligna serrâ scindenda, ad ferri fodinas, & ad lapicidinas damnasse, evinceret. Hæc nimurum significari existimavit phrasibus וַיָּשֶׁב (pro quo in libris Chronicorum o) est, וַיָּשֶׁר, error fortasse librarii) בְּמִגְרָה וּבְחַרִצֵּי הַכְּרָזֵל, וּבְמִגְרָה הַכְּרָזֵל, quas tamen, quum significatus vocum phrasiumque nativus ususque haud repugnet, non reperio quid vetare possit, quo minus sic interpretetur: *Subjecit eos serræ, & tribulis ferreis ac securibus ferreis.* Supplicia, fateor, sunt dira, sed atroc etiam, ut ex superioribus liquet, fuit injuria, qua affecti legati Davidis: auxerantque fortassis Ammonitæ culpam fævitia, durante bello, quod per biennium ad minimum gestum fuit, in Israelitas captos exercita. p) Militat porro pro expositione illa  
*Pars X.* L usus

n) *Davidis in Ammonitas devictos mitigata crudelitas.* Jenæ 1710.

o) 1. Chron. XX, 3.

p) Superior quidem in bello isto fuit Davides; quin tamen

usus suppliciorum talium, in regionibus istis haud infrequens. Tribulis certe ferreis, seu ferro munitis, Gileaditarum corpora lacera-  
verant Syri, quibus propterea justam poenam denunciat Amosus his verbis: q) רַא אֲשִׁיבָנִי עַל דֶּרֶשׂ כְּחֹצֹת הַבָּرֶךְ אַתְּ הַגְּלֵד. Non revocabo illud, quod decrevi, de Aramaeis perdendis, propterea quod tribulis ferreis triturarunt Gileaditas. Accidit hoc temporibus Jehu & Joachasi, regum Israeliticorum, quibus regnantibus Chasael & Benhadad Israelitas, eos praesertim, qui trans Jordanem incolerent, misere afflixerunt. r) De serræ autem suppicio, quo inde a capite ad imam usque ventris dissectum fuit corpus, pariter constat, quod usitatum fuerit orientalibus. Neque enim spernenda temere est Judæorum traditio s) de Jesaia propheta, Manassis regis jussu illud passio, praetertim quum epistolæ ad Hebraeos scriptor confirmare illam videatur. t) Forsitan quoque de eodem suppicio intelligi debet, quod Amosus u) de

tamen in pugna, in eruptionibus excursionibusque Israelitarum aliqui, ut fieri solet, in hostium venerint manus, vix potest dubitari.

q) Cap. I. v. 3.

r) 2. Reg. X, 32. sqq. XII, 3. 7. Cf. Cap. VIII, 12.

s) Jevammot fol. 49. col. 2. Sanhedrin fol. 103. col. 2. Cf. Falkut Schimonii f. 38: col. 3. & 4. edit. Ven.

t) Hebr. XI, 37.

u) Cap. I, 13.

de ipsis refert Ammonitis, eos *feminas Gileaditarum gravidas diffidisse*. Græcis etiam non plane ignotum illud fuisse, ex verbis intelligitur feminæ in tragœdia viriliter se gerentis, apud CLEMENTEM Alexandrinum: x)

Ἄ δὲ ἐκπυθέθαι τῆς ἐμῆς χειρίσεις Φρενὸς,  
Οὐτ' ἀν κατάιθων, γέτε κρατὸς ἐξ ἄνεψ  
Δεινὺς καθεὶς πρίονας ἐις ἄνεψ πόδας,  
Πύθοι ἀν· γέδε εἰ δεσμὰ πάντα πεσθάλοις.

*Ex mente sed mea quæ vis resuscitere,  
Non audies, nec si cremes, serras graves  
Nec capite summo si ad pedes imos liges,  
Nec si trecentis vincias me vinculis.*

Hinc ad Romanos transiit, in quibus Caligula multos honesti ordinis, deformatos prius stigmatum notis, ad metalla, aut ad viarum munitiones, aut ad bestias condemnavit, aut bestiarum more quadrupedes cavea coercuit, aut MEDIAS SERRA DISSECVIT, testante SVETONIO. y) Novum igitur, aut plane inusitatum non fuit, quod hac in re egit Davides.

### §. VIII.

Confirmat porro interpretationem illam ingenium orientalium sævius. Est genti ferre cuivis indoles sua propria, quam confi-

L 2

dera-

x) Stromatum lib. IV. p. 585.

y) In Caligula cap. XXVII. Vide ibi CASAVBONVM.

derari maxime oportet , si de actionibus ab eadem suscepitis ferendum sit judicium. Fuit vero, ut est hodienum, orientalium animus in truculentiam admodum proclivis, propero astum, quo agitabatur, innatum. Hinc quod gentes aliae, minus feroce, factum interpretabant immane , & ab humanitatis ipsiusque naturae lege abhorrentissimum, id sibi illi justitiae optime convenire existimabant. Sic in hostes bello captos quidvis sibi ex jure licere putabant, quam pecorum loco haberi solerent ab omnibus ; quos proinde servare in vivis, vel quomodo cunque, maximis etiam cruciatibus, necare victori minime esset nefas. Fuerit ergo Davides mitis & humanus erga Israelitas suos ; adversus exterros, bello subjugatos, animum orienti proprium, h. e. durum, immitem, atque adeo truculentorem minime exuit. Demonstravit certe illum erga Moabitas, prælio superatos, quando eos, humi procumbere jussos, ad funis mensuram interfecit, servata vix parte tertia. z) Non est nostris ex moribus judicium formandum de actionibus orientalium. Quis hodie princeps lasciviæ & salacitatis notam apud nos effugiat, si tot alat uxores, tot pellices, quot aluisse legimus Davidem , Salomonem, Rehabeamum, Abiam & Joasum ? Nec reperimus

z) 2. Sam. VIII, 2.

mus tamen usquam, eos propterea a scriptoribus divinis culpari. a) Abierat res illa in morem publicum, atque ob hoc ipsum, quum nemo illa offenderetur, crimen vacare putabatur.

## §. IX.

Suppetit tamen aliquid, quod isti Davidis crudelitati (nam quo minus nostra existimatione sic vocetur, non intercedo) minuenda possit conducere. Scilicet non in populum Ammonitarum universum diris illis suppliciis saevisse arbitror Davidem, sed in ejus tantum principes, per civitates sparsos, eos maxime, qui autores suasoresque extiterant Chanuno, ut tam ignominiosè haberentur legati a Davide missi. Dicitur quidem Davides *ferræ* certi subiecisse P O P V L V M e civitatibus eductum; sed ut per *populi* vocabulum plebem hic designari existimemus omnem, nulla cogit necessitas. Solos enim si intelligamus proceres, sensum admittemus usui loquendi Hebreworum neutiquam repugnantem. Quoties enim congregatus in codice sacro dicitur *populus*, ubi manifestum est de solis agi senioribus atque antistitibus, populum universum repräsentantibus? Sit nobis in re no-

L 3

tis-

- a) Salomoni non tam copia uxorum atque pellicum vitio vertitur, quam studium placandi exteris, quæ in illarum numero erant, nimium: quo factum sit, ut simulacrorum se tradiderit cultui. i. Reg. XI, 3.

tissima instar omnium 1. Sam. VIII, 7. ubi Samuel morem gerere jubetur POPVLO, regem postulanti. At vero SENIORES vocati fuerant antea, versu quarto, qui hic dicuntur *populus*. Quod autem Davides Ammonitas cunctos internectione haudquaquam deleverit, ex historia palam est, & prophetarum e concionibus, quæ docent, diu etiam postea superfluisse gentem Ammoniticam. Sic in iis, qui Davidi exuli alimenta apporabant, b) Schobi reperiebatur, Nachifi filius, qui fratri Chanuno in imperio fortasse successerat. Amolus propheta c) Rabbæ, urbi Ammonitarum principi, exustionem, Regi vero & Principibus exilium minatur: repetitque minas easdem Jeremias, d) quod egissent Ammonitæ crudeliter cum Israelitis trans Jordanem incolentibus, terrasque his suas eripuissent. Et cum idem populus de calamitate, Judæorum genti a Babylonii illata, mirifice esset latatus; hinc regionem ejus desolatum, Arabibusque occupatum iri nunciat Ezechiel. e) Nehemiæ tempore Judæi complures uxores duxere Ammoniticæ, reprehensi propterea a Nehemia castigatique, f) Ex quibus sane clarum est, Ammonitas, etiam post cladem illam, gentem fuisse satis

po-

- b) 2. Sam. XVII, 27.  
d) Cap. XLIX, 1. sqq.  
f) Neh. XIII, 23. 25.

- c) Cap. I, 14. 15.  
e) Cap. XXV, 3. sqq.

potentem atque claram : fuisse autem profecto nulla , si supplicio quodam universali plebejos juxta ac primores e medio sustulisset Davides.

## §. X.

De verbis autem : **מלך**容易にassentiar DANZIO , neganti, indicari illis , quod per *fornacem lateritiam traduxerit* Davides , seu in illa combufferit Ammonitas. Cardo rei in voce vertitur, quam Masorethæ legi jubent **במלך**, quod vocabulum apud Jeremiam g) & Nahumum h) de *fornace* adhibetur , in qua excoquuntur *lateres*. Videntur vero illi non alia ratione ducti, nisi quod, si ex nomine **מלך rex**, & Suffixo tertiae personæ composita esset vox , scribi oportuiffe judicarent **במלךם**, cum Suffixo masculino, quia ad Ammonitas spectaret Pronomen. Sed hanc quidem difficultatem feliciter jam sustulit DANZIVS, i) allata in medium observatione de enallage Generis , in Suffixis **מ** & **ל** haud infrequenti. Legi igitur comode vox potest **במלך**, vertique *una cum* (id enim saepius significare **ב** CHRISTIANVS NOLDIVS k) egregie docuit ) *rege ipsorum*. Græcos interpretes quos, quia ver-

L 4

ba

g) Cap. XLIII, 9.

h) Cap. III, 14.

i) Dissert. cit. §. XXXV.

k) In Concord. partic. p. 147.

ba sic reddiderunt : διγαγεν αυτος δια τη πλωθις, eodem modo legisse appetet, quo legi volunt Masorethæ, non moror, quum litteras illos figura similes, & in his etiam ב & כ, sæpen numero confudisse, satis sit compertum. Quod autem verbis, אותם במלכ, non mortis supplicium aliquod, sed poena significetur multo levior, illa puta exilio, vero mihi videtur simile, primum ob silentium scriptoris libri prioris Chronicorum, l) qui, si igni etiam tradidisset Davides Ammonitarum aliquos, procul dubio ipse quoque vel verbulo indicasset supplicium, omnium sane atrocissimum, adeoque magis quam cetera commemoratione dignum. Quod si vero in exilium tantum nonnullos, simul cum rege, pepulit, sive in captivitatem abduxit, præteriri res poterat, quippe per se nota, quum in bellis orientalium fere omnibus soleret contingere. Neque enim permansurum in fide credebant victores populum devictum, nisi alio transferretur, pars saltem ejus nobilior. Deinde Verbum העביר passim usurpari constat de *translatione*, quæ fit ex uno loco in aliud : quod exemplis demonstrare, quia pervulgatum est, superfluum foret. Itaque hoc voluisse credo scriptorem sacrum, Davidem interfici curasse Ammonitarum aliquos, *alios vero, simul cum rege ipsorum, secum abduxisse.*

OB-

l) Cap. XX, 3.

• ٦٩ ( ٢٠ )

## OBSERVATIO II.

### DE SPRETA AQVA SILOÆ.

Ad Ef. VIII, 6. 7. 8.

רין כר מאס העט הזה את מי השלח  
החלכים לאת ומשוש את רצין ובן רמליהו:  
ולכן הנה אドני מעלה עליהם את מי הנח  
העצמיים והרבים את מלך אשור ואת כל  
כבודו ועלה על כל אפיקו והלך על כל  
גדותיו: וחלף ביהודה שטף ו עבר עד צואר  
גיא וחויה טפות כנפיו מלא רחוב ארץ עמנוי  
אל:

*Quandoquidem sprevit populus bicce aquam  
Siloæ, fluentem leniter, gaudiumque illi est  
cum Rerzine & filio Remaliæ: Ideo adducet  
Dominus super eos aquam Fluvii vehemen-  
tem atque copiosam, videlicet Regem Assyriorum  
omnemque eius gloriam, superabitque omnes  
alveos suos, & supra omnes ripas suas exun-  
dabit. Postea Iudam permeabit, inundabit,  
transfibit, & ad collum usque pertinget, alis-  
que suis extensis totam terræ tuæ latitudi-  
nem implebit, o Immanuel!*

## CONSPECTVS.

Aqua Siloæ tropice Regem notat duarum tribuum,  
Iuda & Benjaminis, cum ejus copiis. Compa-  
ratur vero ille cum aqua Siloæ duplice de caufa-

§. I. Proprie aqua Siloæ h. l. rîvus est, ex fonte Siloa promanans. Situs fons ille in principio occidentalii ejus divorții, quo mons Zionis & Acræ ab invicem divellebantur, ad angulum Zionis occasui & septentrionis obversum. Siloam apud Josephum tractus quoque urbis est, fonti illi vicinus; quemadmodum & apud Lucam, ubi turris τῷ Siloam tribuitur: est vero etiam piscina. §. II. Fons Siloa olim Gichon quoque appellatus fuit, testantibus paraphraste Chaldaeo, Isaacide, Kimchio, Abarbanele & Theodoreto. Convenit etiam Gichoni situs idem, qui Siloæ, Gichoni præsertim inferiori. §. III. Ad fontem istum Reges Judæorum olim perungebantur, boni omnis cauſa, ut regimen illis significaretur diuturnum. Carpzovii de unctione Regum, ad fontem fieri solita, dubitatio. Tollere hanc possunt Sauli, Davidis & Adoniae exempla. De Saulo enim & Davide admodum probabile est, illos ad fontem aliquem fuisse inunctos; de Adonia vero certo constat, eum ad fontem quendam dignitatem regiam sumisse. Fons erat Rogel, in Hierosolymæ suburbanis, in horto regio, urbi ad ortum. §. IV. Rîvus, ex fonte Siloa derivatus, atque juxta totum latus occidentale Zionis arcisque regiae, & ex parte etiam juxta latus australe labens, aquam fontis ad piscinam deducebat Siloam, Nehemiæ Schelach dictam, quæ Zioni ad austrum erat, non longe ab angulo noto-zephyrino. §. V. Quoniam igitur proxime hunc rîvum juxta fontem sedem suam habebant Reges familiae Davidice, iidemque ad fontem illum unctione consecrabantur; hinc illos cum aqua Siloæ comparat Esaias. Fluxus aquæ lenis imbecillitatem regni significat. §. VI. Populus hic, qui spernere dicitur aquam Siloæ,

decem

decem tribus Israelite sunt. §. VII. Contentio illa, & gaudium cum Retzine, quale peccatum. §. VIII. Pœna Israelitis propterea infligenda. Aqua fluvii non illa Tigris est, sed Euphratis. Assyria ad Euphratrem usque tunc pertingebat. Locus Arriani a Gronovio temere sollicitatus. Eu-  
phratis exundatio sub solstitium aestivum. אֲפִיקִים fossæ sunt ex Euphrate ductæ. Inuit propheta, exercitum Assyriorum numerosissimum ductum iri in Israelite. §. IX. Sed & regno Judaico calamitatem minitatur ab Assyriis imminentem. §. X. Gentes aquis apocalypsis etiam scriptor comparat. Ejus comparisonis ratio. §. XI. Mos Graecorum gentiumque quarundam aliarum, fluvios sub specie humana representandi, ex Aeliano. §. XII. Declaratus a Vaillantio. §. XIII.

## §. I.

**A**qua Siloæ, sicuti ex sequentibus rectissime colligitur, tropice Regem significat, qui juxta aquam illam sedem tunc habebat, h. e. Regem duarum tribuum, Juda & Benjamin, cum ejus copiis. Aquam enim Euphratis, illi oppositam, propheta ipse de Rege exponit Assyriorum, hujusque exercitu. Oppositioni igitur sua ut constet ratio, per aquam quoque Siloæ Regem significari oportet, in cuius ditione aqua ista reperiretur. Est hoc adeo clarum, ut, qui illud non agnoverint, in interpretibus sint pauci. Vnum hoc desiderandum adhuc videtur, ut, quare Regem Judæorum, ejusque opes

opes, cum aqua Siloæ comparet propheta, plenius paulo, quam ab aliis factum est, explicetur. Mea sic fert opinio, rationem subesse duplicem: unam, quod sedi regiæ aqua illa esset proxima, eandemque a duobus lateribus fere circumflueret; alteram, quod ad scaturiginem ejus inungi solerent Judæorum Reges.

## §. II.

Aqua Siloæ capi potest tripliciter (1) de ea, quam fons ipse suo complectebatur ambitu, (2) de illa rivi alicujus ex fonte isto ducti, (3) de aqua piscinæ Siloæ, in quam rivus ille sese exoneravit. Fluxus aquæ Siloæ quum tribuatur, qui fonti magis, quam rivo aut piscinæ convenit, non difficile judicatu est, rivum intelligi, ex fonte Siloa pronmantem. De cuius cursu ante quam constare possit, ipsius fontis locum verum investigari oportet. Hunc vero ignorare nos non finit JOSEPHVS, quando scribit: a) Η δὲ τῶν τυρωποιῶν ἡ προσταγοερευμένη Φάραγξ, ἣν ἔΦαμεν τὸν τε τῆς ἄνω πόλεως λόφον καὶ τὸν κάτω λόφον διασέλλειν, καθήκει μέχει Σιδώαμ. οὗτοι μὲν τὴν πηγὴν, γλυκεῖάν τε καὶ πολλὴν ἔσται, ἐκαλλύμεν. Vallis autem Tyropœon appellata, qua diximus superioris civitatis collēm ab inferiori colle dirimi, usque ad Siloam

a) De bello Jud. l. V. c. IV. §. I.

loam protenditur: ita enim vocamus fontem,  
qui dulcis est & copiosus. Vallis ista, quam  
ex iis, qui caseis conficiendis darent operam,  
atque sua ibi haberent domicilia, appellatam  
volunt, juxta totam montis, cui urbs insi-  
debat, utriusque, Zionis & Acræ, per ur-  
bem medianam procurrebat longitudinem, i-  
nitium sumens a latere occidentali montis  
Moriz, in tractu urbis orientali siti. Eam  
igitur quando ad fontem Siloam defuisse tra-  
dit Josephus, puta ab occatu, inferri sâne  
hinc potest, fontem hunc colli utrique, &  
loco quidem medio, ad occidentem, sive in  
principio fuisse occidentali ejus divortii, quo  
montes ambo ab invicem divellebantur. Con-  
firmant situm eundem quæ mox addit Josephus.  
Murum enim antiquum, h.e. illum  
Zionis, a turri Hippica, juxta vallem Casea-  
riorum ad austrum exstructa, occasum ver-  
sus, ad Effenorum usque portam, porrectum,  
in austrum flecti ait ὑπὲρ τὴν Σιλωὰμ πηγὴν,  
*supra fontem Siloam.* Ex quibus quæ colli-  
gi possunt duo sunt, (1) fontem Siloæ juxta  
eum montis Zionis fuisse angulum, qui oc-  
casui & septentrioni esset obversus. (2) In-  
fra murum Icaturivisse, quem eo loco de-  
scribit Josephus. Nam illud ὑπὲρ sensu hic  
sumendum maxime proprio, sic ut situm in-  
dicet excelsiorem. Superstructus enim mu-  
rus, uti eodem loco docet Josephus, ipsi  
coll*i*

colli erat; fons autem ex valle oriebatur subiecta. b) Vnde probabile simul fit, fontem extra urbis fuisse mœnia, at his tamen proximum. Quem situm & Glossa Talmudis eidem tribuit. c) השירוח מעין הוא סמוך לירושלים. *Siloa fons est, prope Hierosolymam.* Omitto loca Josephi alia, quibus demonstratum ivit RELANDVS, d) fontem, de quo agitur, extra mœnia fuisse; præfertim quum sint in illis, quæ non tam ad fontem, quam ad tractum aliquem urbis, Siloam dictum, aut ad ejusdem nominis piscinam pertinere videantur. Ad certam quandam urbis regionem, ex fonte vicino nomen consecutam, & in parte ad occidentem extrema, juxta ipsa sitam mœnia, refiero, quod de Neapolitano centurione, urbem ad Siloam usque circumire, narrat JOSEPHVS. e) Suafuisse nempe, air, Judæos per Agrippam regem, ut centurio ille, f) cum uno tantum famulo, ad Siloam usque totam circumiret civitatem, ut exploratum habeat, Judæos aliis quidem omnibus Romanis parere

b) V. lib. V. de *Bello Jud.* c. VI. p. 337.

c) In *Succa* fol. 48. col. 1. sub finem.

d) In *Palæst.* voce *Jerusalem* p. 558.

e) De *Bello Jud.* I. II. c. XVI. §. 2. p. 185.

f) Missus hic fuerat a Cestio, Syriæ præfide, apud quem defectionis Judæos accusaverat Florus, Ju-dææ procurator, ut quo animo essent Judæi fideliter ei nunciaret.

rere, in Iolum autem Florum animo esse infesto. Voluerunt igitur Hierosolymitani, ut Neapolitanus, cui hospitium fortasse fuit in regione urbis orientali, totam peragraret urbem, ad extrema usque, Siloam nuncupari solita. Eodem, mea sententia, spectat, cum Romanos urbem inferiorem, sive Acras, incendisse resert, ad Siloam usque. g) Explico hinc verba Christi. h) Ή ἐκεῖνοι οἱ δέκα  
 παιὶ ὄντω, ἐφ' ᾧς ἔπεισεν ὁ πύργος ἐν τῷ Σιλωάμ,  
 παιὶ αἰπέτευεν ἀυτὸς, δοκεῖτε ὅτι ἀτοι ὁφειλέται  
 ἐγένοντο παρὰ πάντας ἀνθεώπους τὸς κατοικήντας  
 ἐν ιεροσαλήμ. Aut decem illi & octo, supra  
 quos cecidit turris in Siloam, & occidit illos:  
 putatisne peccatores eos fuisse magis, quam  
 homines ceteros, qui habitant Hierosolymis.  
 Turrim fonti Siloam superstructam, aut ju-  
 xta piscinam ejus nominis exadificatam fuisse,  
 nullo ex indicio constat. Non video igitur,  
 quum homines illi octodecim, casu  
 turris oppressi, in habitatoribus Hieroso-  
 lymæ manifesto numerentur, quomodo illud  
 ἐν τῷ Σιλωάμ exponi possit aptius, quam de  
 tractu aliquo urbis, nomen istud gerente.  
 In quo tractu, quippe muris proximo duobus, uno ad Zionem, altero ad Acras per-  
 ti-

g) De Bello Jud. I. VI. c. VII.

h) Apud Lucam Evangel. c. XIII, v. 4.

tinente, i) turres extitere complures. Nam turribus quidem moenia urbis sic abundabant, ut numerarentur CLXIV. k) Porro locus Josephi ille, quo muri antiqui, Zionem cingentis, pars a Siloa tendere dicitur ad orientum, ad quem pariter provocat Relandus, de piscina potius, quam de fonte agit Siloæ. En ipsa Historici verba : Κατεῖχε δὲ ὁ μὲν Σιλωὰς τὴν τε ἄνω πόλιν καὶ τὸ μέγα τεῖχος ἔχει τῷ Κεδρῶνος τύπει σεχάσις τέιχος, ὅσον ἀπὸ τῆς Σιλωᾶς αναπάμπτον εἰς ἀνατολήν. Tenebat autem Simon quidem superiorem civitatem, murumque magnum usque ad Cedronem, & antiqui muri quidquid a Siloa flectitur ad orientem. Non possunt hæc nisi de piscina Siloæ capi, de qua infra exponemus pluribus, neutiquam de fonte, quippe enjus separatim mox meminit Josephus : Κατεῖχε δὲ τὴν πηγὴν, καὶ τὴν Ακραν. Tenebat etiam fontem Siloam, & Acram.

### §. III.

Fontem Siloæ Gichonis quoque nomine olim fuisse appellatum, a Doctoribus Judæorum

- 
- i) Sumimus hic, rationibus adducti gravibus, montes Zionis & Acræ ita sibi fuisse oppositos, ut hic in septentrionem, ille in austrum spectaret, secus ac LICHTFOOTVS, CELLARIVS horumque sequaces censuerunt.  
 k) V. JOSEPHI de Bello Jud. I. V. c. IV. §. 3.

rum non spernendæ auctoritatis traditum est. Principem hic sibi locum suo quodam merito vendicat paraphrastes Chaldaeus, qui in mandato Davidis : 1) קָחוּ עַמְכֶּם אֶת בְּנֵי עַל עֲבֹרוֹ אֲרֻנִיכֶם וּוּרְכְבָתֶם אֶת שְׁלָמָה בְּנֵי עַל הַפְּרוֹהָה אֲשֶׁר לֵי וּוּרְוֹתֶס אֶתוֹ עַל גַּחַן Sumite vobiscum servos heri vestri, & impone Salomonem filium meum mulæ meæ, & deducite eum ad Gichonem, postrema hæc: deducite eum ad Gichonem, sic transtulit: וְתַחַזֵּן יְתִיה לְשִׁילֹוחָ deducite illum ad Si-loam. Assentientur huic interpretes recentiores, nominatim R. SAL. ISAACIDES, R. DAVID KIMCHI, & ISAACVS ABAR-BANEL, quorum postremus ad l. c. hæc annotavit: וְצַדָּה עֹור שִׁירְוֹדוֹ אֶתוֹ עַל גַּחַן וְהַוא שִׁילֹוח וּנְקָרָא אֶם כִּן בְּשָׁנִים שְׁמוֹת Pars X.

*Fussit præterea, ut deducerent illum ad Gi-chonem. Hic Siloa est. Vocatus igitur fuit nominibus duobus. Fuisse ex Patribus, quos vocant, ecclesiæ Theodoretum eadem in opinione, Relandus l. c. observat. Extat enim hæc illius commentatio : m) ἐπανόμασται δὲ καὶ τὸν Σιλωὰμ Γηῶν, ἢ ᾧ γαν μικρὸν ἐιρωνεώς γέτω καλέσαντες, ἢ ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς ἐξ ἀφανῶν ἔχεισεν υπανόμαν, ὥσπερ ὁ Νεῖλος. Siloam ap-*

M

pel-

1) I. Reg. I, 33.

m) Quæst. a. in III. lib. Regum.

*pellarunt Geon, vel ironice, quod parvus es-  
set (adeoque longissime abeffet a magnitu-  
dine Nili, cui ab auctoribus nonnullis Gi-  
chonis nomen tributum fuit) vel quod, uti  
Nilus, ex locis obscuris ortum traheret. Ne-  
que vero his tantum testimonii res nititur,  
verum etiam situs convenientia. Situs nam-  
que Gichon muro, latus civitatis Davi-  
dis, sive arcis regiae, occidentale claudenti,  
ad occasum. Indicat hoc historicus sacer-  
דָּוְר מַעֲרָבָה לְגִיחֹן בְּנַחַל וְלִבְאָה בְּשֵׁעֶר הַרְגִּים  
verbis: רָאָתָר כִּי בְּנֵה חֻמָּה חִצְׁוֹנָה לְעִיר ) n) דoor sic interpretor: Postea extruxit (in-  
stauravit) Manasses murum exteriorem urbis  
Davidis ad occasum, PROPE Gichonem, vel  
& INDE A GICHONE (nam hoc quoque  
ל passim significat) o) qui est in valle, &  
ad eum usque locum, quo per portam introi-  
tur piscium. Vrbem Davidis, sive arcem re-  
giam, in loco montis Zionis editissimo, eo-  
que occasui, quam ortui, propiore, positam  
fuisse notissimum est. p) Porta piscium,  
sicuti hoc ipso ex loco intelligitur, in muro  
Zionis occidentali erat, septentrionem ver-  
sus. Per murum exteriorem civitatis Davi-  
dicæ partem intelligo muri ejus, quo mons  
Zion*

n) 2. Chron. XXXIII, 14.

o) V. NOLDIVM in *Concordant. particul.* p. 442.

p) V. ARISTEAM de LXX. *Interpret.* p. 265. edit.  
A. v. Dale.

Zion universus cingebatur. Muro scilicet dupli circumdata arx erat, uno proprio, qui arctius illam concludebat, altero, quem cum tota civitate, superiore, uti Josephi ætate vocabatur, Zioni superstructa, habuit communem, de quo pluribus JOSEPHVS.  
 q) Hic in ipsa montis, five collis, totius ora fuerat eductus. Consequitur ergo ex his, Gichonem, de quo scriptor sacer modo excitatus loquitur, muro Zionis extimo ad occidentem fuisse. Quum vero Gichon alibi r) memoretur *superior*, eaque appellatione ad *inferiorem* aliquem respiciatur; inferiora autem ibi dicantur ea, quæ magis in septentrionem vergunt: Gichones crediderim duos fuisse, ambo quidem arci regiæ ad occasum, sed ita dispositos, ut superior angulo Zionis noto-zephyrino, inferior zephyro-aquilonari esset proximus. Atque hunc quidem pro eodem habeo, qui Siloæ etiam nomen retulit.

## §. IV.

Ad illum igitur, quem adhuc investigavimus, fontem reges Judæorum inde a Salomonе oleo perungi sueisse sacro, inaugurationis caussa, tradunt Judæorum Magistri.

M 2

Col-

q) Lib. V. de B. f. c. IV. §. 2.

r) 2. Chron. XXXII, 30. *Obturavit Hiskia, exitum aquarum Gichonis superioris, easque derivavit dorsum, ad occasum urbi Davidis.*

Colligunt illi hoc Salomonis ex exemplo, quem Davides, cum regem consecrari vellet, ad fontem deduci jussit Gichonis, oleoque a pontifice perfundi : quod & factum.s) Nec ineptam sane Talmudici Doctoresque alii ejus consuetudinis afferunt rationem , contendentes, fieri id solitum boni ominis causa, ut significaretur , quemadmodum aqua fontis (paulo profundioris largiorisque ) perennis est : ita regimen novo regi diuturnum fore. Talmudici : t) רְכִנֵּן אֵין מושחין את המלכים אל-בָּזֶה על המשיח כרוי שהמשך מלכותן שנ' וזרותם אותו על גחון וגו' Tradunt Doctores nostri, non ungi Regem, nisi ad fontem (Gichonis, sive Siloæ, quo non erat Hierosolymis nobilior) ut in longum protrahatur imperium illorum, sicut dicitur: Deducatis eum ad Gichonem. Rem quidem in dubium revocat J. BENEDE. CARP-ZOVIVS u) propterea , quod a Rege uno ad omnes legitima non fiat argumentatio. „Si inquiras, inquit, accuratius, non omni res dubio caret ; neque solida satis conjectura est prisci illius, quem putant, ritus ex uno hoc exemplo Salomonis, ad fontem Gichon deducti , ad quod Rabbini provocant,

- s) 1. Reg. I. 33. 34. 38. 39.  
 t) In Crituth fol. 77. col. 2. Cf. MAIMONIDEM in Hilehot melachim c. I. §. II.  
 u) In notis ad Schickardi. jus regium Hebr. p. 71.

„cant, cum in aliorum unctione, puta Sau-  
„lis, x) Davidis, (quem ter unctum fuisse in-  
„ferius annotabimus ) Isboseth, y) Joasi z)  
„de hac ad fontis scaturiginem deductione  
„nihil quidquam legamus. Non ergo ex u-  
„no illo exemplo regula potest confici : &  
„fuerunt forte Davidi suæ caussæ, cur filium  
„Salo nonem isto tempore ad fontem hunc  
„ungi voluerit.,, Meretur, puto, res paullo  
considerari attentius, quum momenti esse  
videatur non plane nullius. In quæstionem  
igitur hoc venit , an ad fontem aliquem re-  
ges Judaici inungi sueverint ? Non videtur  
Carpzovio , quia neque de Sauli, neque de  
Davidis, neque de Isbosethi, neque de Joasi  
unctione, ad fontem facta, quidquam sit pro-  
ditum. Verum ad Saulum quod attinet, in-  
telliget credo qui narrationem de unctione  
ejus curate expenderit , negari adeo secure  
haud posse , unctionem illam ad fontem  
quendam fuisse suscepit. Neque enim ob-  
scurum ex illa esse potest, Samuelem eodem  
in loco oleum in caput Sauli effusisse, quo  
in puellas inciderat Saulus, ex urbe Samue-  
lis patria, aquæ hauriendæ caussa, egressas; a  
quo sane loco fontem puteumve aliquem  
haud procul oportet absuisse. Obviam e-

M 3

nim

x) 1. Sam. X, 1.

y) 2. Sam. II, 8. 9.

z) 2. Reg. XI, 12. &amp; 2. Paral. XXIII, 11.

nim factus fuerat Saulus puellis istis juxta ascensum, qui ad urbem ducebat, a) situ præditam excelso. Atqui eodem in loco Saulum, ex urbe aliquantum deductum, subsistere jussit Samuel perunxitque. b) Magna ergo hinc simul oritur suspicio, regem inter Saulum atque Salomonem medium, videl. Davidem, non sine unctionis ad fontem factæ cærimonia fuisse consecratum. Vnctus is fuit bis Hebrone, c) quæ urbs fonte aliquo insigniori minime caruit. Non urgebo nunc τὴν πηγὴν ἐν Χεβρῶνι, fontem Hebronis illum, ad quem JOSEPHVS d) Johannem ac duces, qui cum ipso erant, offendisse narrat Ismaelem, Gedoljæ interfectorum. Novi enim esse, qui pro πρέσος τῇ πηγῇ ἐν Χεβρῶνι legi volunt apud Josephum, πρέσος τῇ πηγῇ ἐν Γαβαῶνι, nec male quidem, quia Jeremias e) rem illam juxta Gibeonem contigisse refert. Piscina Hebronis, ad quam suspendi jussit Davides f) Rechabum & Baanam, qui Isbosethum interfecerant, caputque ejus ad Davidem attulerant, arguere forsan poterit, fonte quodam abundantiori, quod genus in illis alioqui terris non admodum frequens erat, urbem illam haud fuisse destitutam. Piscinæ enim

a) I. Sam. IX, ii. sqq.

b) I. Sam. X, i.

c) 2. Sam. II, 4. V, 3.

d) *Antiqu. Jud.* l. X. c. IX. §. 5.

e) Cap. XLII, 12.

f) 2. Sam. IV, 12.

enim ex aqua fontis alicujus divitis, ad illas deducta, ut plurimum colligebantur. Isbosethus prorsus non videtur unctus, quod non ab ejus, sed a Davidis partibus summus staret pontifex, a quo solo actus iste poterat suscipi. Joasum necessitas quædam flagitabat in templo ungri. Alibi enim id si fieret, periculum ab Athalia regina metuendum erat maximum. Mirum vero non cogitasse eruditissimum Carpzovium de Adonia, quem aperte docet historia sacra dignitatem regiam ad fontem aliquem sumfisse, adjutum quidem ab Abiatharo pontifice, qui unctionem non videtur omisisse. Fons erat Rogel, juxta quem epulum auspicale, pro more, g) instruxit Adonia, atque iis, qui partibus ipsius faverent, præbuit. h) Hunc fontem proximum ab oriente fuisse valli Hinnom, urbi Hierosolymorum partim ab ortu, partim ab austro adjacenti, ex Jos. XV, 7. intelligimus. i) Remotus igitur longe non fuit a monte olivifero, Hierosolymis ad orientem opposito. JOSEPHVS fontem illum in locis collocat suburbanis, speciatim in horto regio. k) Αδωνία, inquit, παρασκευασταμένη δεῖπνον ἔχω τῆς πόλεως παρὰ τὴν πηγὴν, τὴν ἐν τῷ βασιλικῷ πα-

M 4

gadet

g) V. Observ. philol. p. IX. Obs. V. §. IX.

h) I. Reg. I, 9.

i) Jos. XVIII, 16.

k) Antiqu. Jud. I. VII. c. XIV. §. 4.

εαδεῖσθαι, καὶ πάντας παλέσαντος τὸς αὐδελφὸς χωρίς Σολομῶνος, η. τ. λ. Cum autem Adonias con vivium apparasset extra urbem ad fontem, qui est in horto regio, eoque fratres suos omnes, præter Salomonem, vocasset. cet. Hortum regium in suburbanis fuisse ortum respicientibus, Zedekiaæ historia facit verosimile. Is enim Rex, fuga, postquam urbem Babylonii perrupissent, salutem quærens, Jordaneinque petens, ea clapsus ex urbe via est, quæ ad hortum duceret regium. Ambages vero omnes in fuga illa vitanda quum essent, propter Chaldaeos urbem undique obfidentes, viam, quam iniit Zedekias, recta in ortum ex urbe tetendisse perquam est probabile. Attigit etiam Zedekias, via istac fugiens, planitiem Hierichuntis; sed captus in hac ipsa a Babyloniiis fuit, eum insectantibus. I) Reges igitur habemus quatuor, qui ad fontem vel certo, vel probabiliter faltem dici possunt unde. Quod autem primis accidit, id posteriores quoque, sibi ut fieret, quis dubitet curasse? Non solet quidquam servari tenacius, quam inaugurationis cærimoniae primitus institutæ usurpatæque. Quod ipsum credibile nobis etiam facit, successores Salomonis non ad alium, nisi ad Gichonis, sive Siloæ fontem, unguento sacro se perfundi valuisse.

§. V.

I) 2. Reg. XXV, 4. 5. 6. Jerem. XXXIX, 4. 5.

## §. V.

Ex fonte Siloæ rivus deductus fuerat, a- quam ad ejusdem nominis piscinam perve- hens. Hujus piscinæ mentionem bis m) fa- cit Johannes Evangelista, narrans, jussisse Servatorem hominem illum coecum, cuius oculis coenum illeverat, in piscina Siloa se- se abluere. Apud Nehemiam n) בְּרִכַת חַשְׁלָחַ piscina Schelach appellatur, nomine τὸν Σιλωάνος, admodum affini. JOSEPHVS o) τὴν Σολομῶνος πολυμβῆθραν, piscinam vocat Salomonis, si modo recte ibi scriptum sit Σο- λομῶνος, nec legi potius debeat σιλωάνη. Quic- quid vero hujus sit, ex situ certe cognosci- tur, piscinam Schelach, seu Siloæ, & pisci- nam Salomonis unam prorsus esse eandem- que. Nehemias enim piscinam Schelach in vicinia locat urbis Davidicæ, prope gradus illos, per quos ad hanc ascendebat. A- git vero Nehemias loco isto de iis, quæ in- staurata sint a latere urbis australi. Ex quo patet, gradus ad arcem ducentes ad austrum fuisse arcis. Et quoniam arx ipsa in parte Zionis occidentali condita fuerat; consequens hinc est, piscinam Schelach ab angulo Zio- nis noto-Zephyrino haud procul absuisse. Eundem vero plane situm Josephus piscinæ

M 5

attri-

m) Cap. IX, 7. II.

n) Cap. III, 15.

o) De bello Jud. I. V. c. IV. §. 2.

attribuit Salomonis. Scribit enim p) murum Zionis, postquam in austrum procurre defiisset, rursus in orientem flecti ἐπὶ τὴν Σολομῶνος κολυμβήθεων, ad piscinam Salomonis. Propinquaque igitur hæc extitit flexui muri illi, qui angulum formabat noto-zephyrinum. Quod si cum illis conferas quæ loco Josephus habet alio q), ubi Siloæ nomen diserte exprimit, dubii remanebit nihil. Αρξάμενος δ' απὸ τῆς Ασσυρίων παρεμβολῆς, παθ' ἦν αὐτὸς ἐξετοπεδεύετο, ἐπὶ τὴν κατωτέρω Καινόπολιν ἥγε τὸ τεῖχος, ἐνθεν διὰ τῆς Κεδρῶνος ἐπὶ τὸ Ελαιῶν ὄρος, εἰτα σύνανάμπτων κατὰ μεσημβρίαν περιλαμβάνει τὸ ὄρος ἄχει τῆς Περιστερῶνος καλλιμένης πέτρας, τόνιζε ἔξης λόφον, ἃς ἐπίκειται τῇ κατὰ τὴν Σιλωάμ Φάραγγι. κακεῖθεν ἐκκλίνας πρὸς δύσιν, εἰς τὴν τῆς Πηγῆς κατήει Φάραγγα. Facto autem (muri circum urbem ducendi) initio a castris Affyriorum, ubi ipse (Titus Caesar) tendebat, ad inferiorem Cænopolin (per latus septentrionale) murum ducebat, & hinc (ad latus orientale) per Cedronem ad olivarum montem. Dein revertens (ad latus australē flectens) a meridie montem complectitur usque ad petram, quæ Peristereonos vocatur, eique proximum collem, qui valli juxta Silo-

am

p) De bello Jud. I. V. c. IV. §. 2.

q) De bello Jnd. I. V. c. XII. §. 2.

am (piscinam) imminet: cumque inde diversisset ad occasum, ad vallem fontis (Siloæ) descendit. Est hinc, puto, ita apertum, ut quod maxime, piscinam Siloam non multum remotam fuisse ab illo, quem diximus, angulo, in austrum & zephyrum spectante. Ac liquet tandem ex hisce omnibus, rivum ex fonte Siloa prodeuntem, & ad piscinam Siloæ pertinentem, præter totum measse latutus occidentale Zionis, adeoque & arcis regia, & præter partem aliquam lateris australis, sic ut extrinsecus totam fere arcem cingeret.

## §. VI.

Quodsi jam duo hæc considerentur, pri-  
mum Reges familiæ Davidicæ consecrari un-  
ctione consueuisse ad fontem Siloæ; deinde  
rivum ex fonte hoc promanantem, totam  
fere sedem regiam, exteriora si specetes, au-  
stro & zephyro obversa, ambiisse; in pro-  
mtu erit ratio, quare Rex Judaicus, ejusque  
exercitus, cum fonte & rivo illo compa-  
rentur. Nimirum fons iste quasi dare reges  
censeri poterat genti Judaicæ. Redibant enim  
ab eo regno præficiendi cum potestate &  
auctoritate plenissima, qua ante unctionem  
nondum fruebantur. Cum rivo autem, sive  
fluvio, coetum quendam gentis, prope il-  
lum incolentis, conferre quare sueverint Hæ-  
braei, inferius, §. XI, explicabimus. Fluere  
vero

vero dicitur *aqua Siloæ leniter*, quod absque insigni quodam strepitu, certe tali, quem fluvius aliquis major rapidiorque, e. c. Euphrates, concitat, laberetur rivus, quippe tenuis, magnaue undarum copia minime tumidus. Figura autem hæc est regni Judaici, & exigui valde & imbecillis. Valdopere enim attenuatum fractumque illud tunc fuerat bellis vexationibusque plurimis, tum gentium exterarum, tum ipsorum quoque Israelitarum.

### §. VII.

Illa igitur imbecillitas in caussâ erat, cur Regem Judaicum, ejusque copias, aspernarentur Israelitæ, five tribus decem, ad regnum Israeliticum pertinentes. Nam has quidem a propheta per *populum hunc* designari, nullus dubito. Conatus quidem est CAMPEGIVS VITRINGA rationibus undique conquifitis ostendere, voces *יהוָה יְהוּנָה*, *populus hic*, non ad Israelitas spectare, sed ad Judæos. Præcipua earum est, quod versu etiam undecimo & duodecimo Judæos propheta per voces denotet easdem. Esto hoc, quamvis fortassis alii versibus memoratis de Israelitis agi existimatur sint; at non efficitur tamen inde quod vult Vitrunga, quia non ejusdem orationis ducitur filum. Nam inde a versu nono concio incipit nova, tempore & occasione prorsus alia habita aut scripta. Poteſt autem

autem in sermonibus duobus formulæ unius vis diversa esse. Est præterea phrasis illa sic comparata, ut pro gestus, cum quo prolata fuit, ratione populum significare possit modo hunc modo illum. Finge tibi prophetam, Hierosolymis verlantem, voces hasce <sup>רְאֵת יְהוָה</sup> manu septentrionem versus extensa pronunciare; & populus demonstrabitur Israeliticus. Finge vero manum ad auditores, in templo, vel in loco publico alio, præsentes, exporrigere; & Judæos indicabit. Clarum vero hoc loco est, sermonem prophetæ de populo esse, Retsinis & Remaliæ partibus favente addictoque: at non favebant Judæi, qui Regem utruinque hostem tunc habebant. Neque minus manifestum, loqui vatem divinum, de populo cuius regionem copiis suis inundaturus Assyrius esset prius, quam Judæorum regnum: quod rursus non nisi in Israelitas quadrat, quorum terras pridem occupaverat Salmanassar, cum Judæam infestaret Sancharibus.

### §. VIII.

Populus igitur Israeliticus est, qui aquam Siloæ leniter fluentem sprevit. Sprevit autem, quando foedus cum exteris, nominatim cum Syris, quam cum Judæis fratribus, (quod imbecilliores hos judicaret, quam ut juvare ipsum aliqua in re possent,) jungere

ma-

luit. Crimen utique hoc erat minime leve, quia lex omni cum gentibus exteris commercio, nedum societate, Israelitis severe interdixerat. Poena igitur destinata illi erat gravissima. Significatur vero ipsum illud fœdus Syriacum per *gaudium cum Retzine*. Gaudebant scilicet Israelitæ enixe, se cum *Retzine*, Rege admodum potente esse, sive facere, h.e. societate ejus frui, unde auxilium exspectabant, reipublicæ ipsorum salutem atque securitatem conservaturum pariturumque. Dicere cum Vitrunga, *contentionem aquæ Siloe ad Judæos, gaudium vero cum Retzine ad Israelitas pertinere*; id vero est *subiectum orationis* citra omnem necessitatem, & citra indicium prophetæ ullum, variare.

### §. IX.

Poena Israelitis, propter consilium illud pravum perversumque, infligenda his exprimitur verbis : וְלֹכֶן הַנָּה אֲדֹנִי מַעֲלָה עַלְיוֹתָם את מי הנהור העצומים והרבים את מלך אשור ואת כל כבورو ועלתה על כל אפיקו וחלק על כל גזרתו. *Propterea adducet Dominus super eos aquam Fluvii vehementem atque copiosam, Regem Assyriæ, cum omni ejus gloria, & superabit omnes alveos suos, & supra omnes ripas suas exundabit. Aquam Fluvii illam esse Euphratis, qui, ob magnitudinem in-*

insignem , in sacris litteris passim r) הַנְּדָר, fluvius vocatur *nat' ἔξοχην*, apud plerosque in confessu est. JOHANNES quidem CLE-RICVS Tigrim existimat intelligi, quod de copiis agatur Assyriacis. Sed meminisse debuerat vir doctus, ditionem Regum Assyriorum illo quidem tempore ad Euphratem usque pertinuisse, nomenque Assyriæ , quam alioqui Tigris ab occasu terminabat, adeo late interdum patere, ut totam etiam comprehendat Mesopotamiam , Tigri & Euphrate interceptam. Qua notione laxiori apud Arrianum quoque occurrit, qui quo loco Euphratem describit, inter cetera ait : s) Τίγρης  
βάλλει υπὲρ τὰς ὄχθας ἐς τὴν γῆν τὴν Ασσυρίαν, littoribus excedens inundat terram Assyriam. Idem antea : t) τῶν γὰρ δὴ ποταμῶν τῷτε Ευφράτης καὶ τῷ Τίγρητος, οἱ τὴν μέσην σΦῶν Ασσυρίαν ἀπέιεγχοι (ὅθεν καὶ τὸ ὄνομα Μεσοποταμία πρὸς τῶν ἐπιχωρίων οὐληῖζεται) οἱ μὲν Τίγρης πολύ τι ταπεινότερος ρέων τῷ Ευφράτῃ διώρυχας τε πολλὰς ἐκ τῷ Ευφράτῃ ἐς αὐτὸν δέχεται. Ex duabus fluviosis, Euphrate nimirum & Tigri, qui Assyriam interjectam terminant (unde & Mesopo-

- 
- r) Multis tamen in locis *הַנְּדָר* Jordanem designat, quod ex rebus circumstantibus peritus lector facie dicjudicabit.  
 s) Lib. VII. de expedit. Alex. M. p. 302. edit. Gronov.  
 t) Pag. 281.

*sopotamia ab indigenis vocata est) Tigris quidem, Euphrate multo humilior, multos alveos ex Euphrate in se recipit. Non erat cur vocem Ασσυρίαν hic sollicitaret GRONOVIVS, mutandamque censeret in Συρίαν, nixus auctoritate codicis mscti unius, nec minus eo, quod Assyriam Arrianus aliam non norit, nisi quæ ultra Tigrim versus orientem patet. At quam lubricum sit posterius, vel prior ille, quem atrulimus, Arriani locus docere potest. Nam diserte ibi Euphrates terram inundare dicitur Assyriam. Addi huic potest locus etiam aliis, u) quo, nisi quis rursus Pallacopæ alveum obstruat, ita ut juxta ripas repulsa manet aqua per alveum, Euphratem sic evacuatum iri dicit, ut *Affyrorum campi ab eo irrigari nequeant.* Taceo, EVSTATHIVM, x) quod ipse fatetur Gronovius, haud legisse aliter apud Arrianum. Rem vero ipsam, scilicet Assyriæ appellationem ad Mesopotamiam quoque extendi, JOANNES etiam TZETZES y) suo confirmat testimonio:*

Ασσύριοι μὲν λέγονται ὡς Μεσοποταμῖται,  
Σύροι δὲ πάντες ὡς ἐντὸς Κασίτης καὶ Διβάνων.

*Affy-*

u) Lib. VII. p. 303.

x) In *Commentar. ad DIONYS. Perieg.* p. 244. edit. Oxon. 1697.

y) In *Chiliad. Hist.* 452.

*Affyrii quidem dicuntur Mesopotamitæ,  
Syri autem omnes, qui sunt intra Casium &  
Libanum.*

Imperium Assyriorum illa ætate adeo late diffusum erat, ut & Babylonia & Mesopotamia eidem subesset. Limitem ergo ab occasu fluvium habebat Euphratem. Porro Euphrati etiam egregie convenit, quod de fluviis alveis suis excessuro, & supra ripas suas exundaturo prænunciat Elaias. ARRIANVS: z) Ο γὰρ Ευφράτης ποταμὸς ῥέων ἐκ τῶν Αρμενίων ὁρῶν χειμῶνος μὲν ὡρᾳ προχωρεῖ κατὰ τὰς ὄχθας, διὰ δὴ γ' πολλᾶ ὄντος ἀντῷ τῇ ὄδασι. οἵρος δὲ ὑποφάνοντος, καὶ πολὺ δὴ μάλιστα ὑπὲ τροπᾶς, ἀστινας τῇ θέρετρος ὅπλοις ἐπιτιχέφει, μέγας τε ἐπέρχεται καὶ ὑπερβάλλει ὑπὲρ τὰς ὄχθας ἐς τὴν γῆν τὴν Ασσυρίαν. Τηνικαῦτα γὰρ αἱ χιόνες, αἱ ἐπὶ τοῖς ὅρεσι τοῖς Αρμενίοις κατατηκόμενας ἀνεξαστοὶ ἀντῷ τὸ ὄδωρο ἐπὶ μέγαρτοι ἐπιπολῆς ἐξὶν ἀντῷ καὶ ὑψηλὸς ὁ ῥῆς ὑπερβάλλει ἐς τὴν χώραν, εἰ μή τις ἀνασομώσας ἀντὸν κατὰ τὸν Παλλακόπαν ἐς τα ἔλη τε ἐκτένεις καὶ τὰς λίμνας. Euphrates ex montibus Armeniis fluens, hiberno tempore intra ripas labitur, utpote non multum aquæ trahens: ineunte autem vere, multoque magis sub solstitium aestivum grandis incedit, ri-

Pars X.

N

pis-

z) Lib. VII. p. 302.

pisque superatis Assyriorum campos inundat.  
Tunc enim nives, in Armeniis montibus li-  
quatae, aquas ejus mirum in modum augent.  
atque ita in magnam altitudinem elatus u-  
niversam circumjectam regionem obruat, nisi  
quis eum diducens per Pallacopam in lacus  
ac paludes eum exoneret. TACITVS: a)  
Nunciavere accolæ, Euphraten nulla imbrum  
vi, sponte & in immensum attolli. Innuit  
igitur propheta, Euphratem sic inundaturum  
esse, ut soleat verno tempore, & circa æsta-  
tis initium. Superaturum enim omnes  
אֲפִיקָרְן alveos suos, excessurumque supra  
נַדּוֹתֵי (אֲחַתָּא) rivos suos. Per אֲפִיקָמִים fossas  
potissimum intelligo ex Euphrate du-  
ctas, quas accolæ, agrorum rigandorum  
caussa, fecerant. A Græcis nuncupantur διώ-  
γυχες. De his LIBANIUS: b) Μέγιστος δ'  
αὐτὸς αὐτῇ γίγνεται τῶν ἡριῶν ὄμβρων λυόντων εἰς  
ὑδωρ τὴν ἐν Αρμενίᾳ χιόνα, τῷ χειμῶνος ὀικοδομη-  
θῆσαν. Οἱ δὲ περὶ αὐτὸν γεωγρόι διάρυχας ἐνθεύ-  
καὶ ἐνθεύ κατατέμοντες, ὅπόστα Αιγύπτιοι τῷ Νεί-  
λῷ χρῶνται καὶ ὅτοι τῷ ποταμῷ. Maximus au-  
tem evadit Euphrates, quando imbres verni  
nivem in Armenia, per hiemem coaceruatam,  
in aquam resolvunt. Agricolæ vero, circa  
illum habitantes, ductis ex eo hinc inde fossis,  
eodem

a) Annal. I. VI. c. XXXVII.

b) Orat. tomo II. p. 313.

*eodem modo utuntur fluvio, quo Nilo Ægypti.*  
**ARRIANVS** eisdem de fossis : c) ο δὲ Ευ-  
 Φεάτης μετέωρος τε εὗ καὶ ἴσοχέιλης πανταχῇ τῇ  
 γῇ, καὶ διώρυχές τε πολλαὶ ἀπ' αὐτῷ πε-  
 στοῖνται, οἱ μὲν ἀένναιοι, ἀφ' ὧν ὑδεύονται οἱ παρ'  
 ἐκάτερα ὠκισμένοι· τὰς δὲ καὶ πρὸς καιρὸν ποιῶν-  
 ται, όποτε σΦίσιν ὑδάτος ἐνδεῶς ἔχοι, ἐς τὸ ἐπάρ-  
 δειν τὴν χώραν (ἢ γὰρ υῖται τὸ πολὺ ἡ γῆ αὐτῇ  
 ἢξ 8ξαν8) καὶ ὄτως ἐς ἓ πολὺ ὑδωρ ὁ ΕυΦεάτης τε-  
 λευτῶν, καὶ τεναγώδης ἐς τότε, ὄτως ἀποπάνεται.

At Euphrates per altiora loca labitur, &  
 passim suis aquis terræ, quam alluit, altitu-  
 dinem exæquat, multique ex eo ALVEI de-  
 rivantur; alii quidem perennes, ex quibus  
 utriusque ripæ accolæ aquam petunt, alii cer-  
 to tempore fiunt, cum aquæ ad irrigandum  
 terram inopia premuntur (raro enim iis in  
 locis imbræ e cœlo cadunt) quo fit, ut in a-  
 quam non omnino magnam, & vadofam alio-  
 qui, Euphrates desinat. Hos igitur intra al-  
 veos, sive has intra fossas, undas suas Eu-  
 phratem minime contenturum nunciat pro-  
 pheta, sed illos superaturum, sic ut terras  
 etiam remotiores, & in his speciatim Israeli-  
 tarum regionem, aquis suis oppleat. Effi-  
 git autem imagine hoc vates divinus regem  
 Assyriorum, copias in regnum Israelicum.

N 2

nume-

c) Lib VII. p. 283.

numerofissimas ducturum, quæ, tanquam eluvio quædam, regionem obruant vastentque. Exercitum illum כבָר gloriā vocat, quod solerent reges orientis, expeditionem fuscipientes, in exercitu suo, omnique apparatu bellico, divitias suas splendoremque suum superbe ostentare, sicuti exemplis testimoniisque abunde declaravit Campeg. Viringa.

## §. X.

Hactenus quidem ad Israelitas pertinent singula; nunc Judæis etiam calamitatem minitur ab Assyriis imminentem. Meruerant hanc Judæi simili criminē. Societatem enim cum Assyriis contra Israelitas inierant, tempore Achasi, qui muneribus Tiglatpilesarem conduxerat amplissimis, ut auxilio ipsi veniret adversus Syros atque Israelitas. d) ביהדות, inquit, פְּרַל. Postea transibit etiam in Judam. Post octo circiter annorum intervallum a Samariæ expugnatione, Sancharibus aderit, Salmanassaris successor, Judæam inundabit, transibitque ad collum usque, exercitu Judæam invaderet ingenti, paruinque aberit, quin totam illam subjuget, alis per latitudinem regionis universam expansis, h. e. turmis militum per omnem regionem diffusis explicatisque. Capiet sibique subjiciet omnia, præter solum regni caput, Hierosolymorum urbem.

## §. XI.

d) 2. Reg. XVI, 7.

## §. XI.

Explicata igitur hac ratione mente prophetæ, annotamus insuper, Apocalypsiōs quoque scriptorem ea ulum esse imagine, qua gentes aquarum sub specie repræsentantur. e)  
τὰ ὑδατά ἀ εἶδες, καὶ οὐ πόρην πάθηται, λαοὶ καὶ ὄχλοι ἔισι καὶ ἔθνη καὶ γλώσσαι. *Aqua*, quas vidisti, sic loquitur Angelus, ubi meretrix sedet, populi sunt & turbæ, & gentes & linguae. Agitur hoc loco de magistratu Judæorum supremo, sedem habente Hierosolymis, imperiumque, in rebus saltem ad religionem pertinentibus, in Judæos, qui per gentes tunc sparsi erant plurimas, exercente. Comparantur autem, uti mihi quidem persuadeo, gentes cum aquis, quod agmen populi densum coacervatum aliquod sit, aquæ non dissimile, idemque, si seriatim constitutum sit pedemque promoveat, amnis instar fluentis eminus appareat. Accedit, quod populus aliquis campos subito opplet magnos, &, si hostis est, perdit vastatque, non fecus ac flumen littoribus excedens. Philosophi, observante HVG. GROTI<sup>O</sup>, f) ex ratione etiam alia populum cum fluvio comparantur. Flumina nempe eadem semper vocari dicunt, quamquam alia semper subeat aqua,

N 3

alia

e) Apoc. XVII, 15.

f) De jure belli ac pacis lib. II. c. IX. §. 3.

alia decebat, seu, ut SENECA, g) extulit, manere idem fluminis nomen, aquam transmissam esse. Sic etiam populum eundem hoc tempore putari, qui ab hinc centum annis fuit, cum ex illis nemo nunc vivat.

## §. XII.

Quemadmodum vero Hebræi populos sub fluminum, ita gentes contra alia, speciatim Græci, flumina fontesque sub hominum effigiarunt specie, & tanquam Numina venerati sunt. Credo tamen, si ipsorum instituti illius auctorum spectetur consilium, rem eodem recidere. Nam virile illud aut femininum simulacrum, quod pro signo inservire debuit certi ejusdam fluvii, nihil aliud, nisi signum fuisse videtur ejus populi, qui juxta flumen illum incoluit. Atque hinc videtur fieri, quod flaviis ea sæpius attribuantur a mythographis, quæ non possunt nisi hominum esse, imo populorum. Est illa de re locus admodum insignis apud AELIANVM, t) quem hoc transscribi operæ fuerit pretium: Τὴν τῶν ποταμῶν Φύσιν καὶ τὰ ῥεῖθρα αὐτῶν ὄρωμεν. Ὄμως δὲ εἰ τιμῶντες αὐτὸς καὶ τὰ αγάλματα αὐτῶν ἐργαζόμενοι ανθεωπομόρφους αὐτὸς ἰδεύσαν-

g) Epist. LVIII. p. m. 253.

h) Hist. var. I. II. c. XXXII.

σαντο - -. Εν ἐιδει αὐδεῶν ΨωΦίδιοι τὸν Ερύμανθον, τὸν δὲ Αλφειὸν Ηέραιεῖς· Χερρονήσιοι δὲ οἱ απὸ Κνίδου καὶ αὐτοὶ τὸν αὐτὸν ποταμὸν ὁμοίως. Αθηναῖοι δὲ τὸν Κηφισόν τὸν αὐδεῖα μὲν δεικνύσσοντιν ἐν τιμῇ, κέρατα δὲ ὑποφάνιοντα. Καὶ ἐν Σικελίᾳ δὲ Συρακούσιοι μὲν τὸν Αναπτὸν αὐδεῖ ἔκπασταν, τὴν δὲ Κυανῆν πηγὴν Γυναικὸς ἐκόνι ἐτίμησαν. Αιγεῖσαιοι δὲ τὸν Πόρετανα, καὶ τὸν Κεμιστὸν, καὶ τὸν Τελμιστὸν αὐδεῶν ἐιδει τιμῶσιν. Ακραγαντῖνοι δὲ τὸν ἐπώνυμον τῆς πόλεως ποταμὸν παιδὶ ὀράιῳ ἐικάσταντες, Θύγσιν. Οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ ἐν Δελφοῖς ἀνέθεσαν, ἐλέφαντος διαγλύφαντες ἄγαλμα, καὶ ἐπέγερα φαν τῷ ποταμῷ ὄνομα· καὶ παιδός ἐσι τὸ ἄγαλμα.

*Fluviorum naturam & fluenta eorum oculis cernimus. Nihilominus tamen qui colunt eos, & imagines eorum fabricantur, humana forma eos consecrarunt. Virorum figura Porphidii Erymanthum, Alpheum Heracenses, Cherronesii vero ex Cnido etiam illi eundem fluvium similiter fingunt. Athenienses autem Cephissum virum quidem ostentant in sacris honoribus, sed cornua exserentem. Porro in Sicilia Syracusii Anapum viro assimilant: at Cyanen fontem feminæ effigie honorant. Aegestani Porpacem, Crimissum, & Telmissum, virorum specie colunt. Agrigentini vero cognominem urbi fluvium speciosi pueri forma effingentes, illi sacrificant. Idem*

N 4

vero

verò etiam Delphis dedicarunt eum, ex ebore statuam exculpentes, & fluvii nomen inscriperunt; statua autem est pueri.

## §. XIII.

Subjungimus, uberioris declarationis causa, quæ eadem de re præclare ex nummis commentatus est V A I L L A N T I V S: i) „Fluviorum simulacra in nummis cum nomine, vel fine appellatione visuntur; de illicis tantum nobis erit sermo, cum hos certe designare non sit facile. Fluvii sub muliebri vel virili schemate semper decumbentes, quos vidimus, occurunt: alii in alias influunt, vel in mare se præcipitant; illi primi in alium influentes, plurimum sub muliebri schemate depinguntur; hi vero aliquando barbati, modo imberbes, qui sine barba sunt, tanquam ad commercia parum idonei & navigabiles, aut qui cum alium receperint, in alterum se exonerant, adde quod sub Principibus imberibus signantur. Alii barbati, vel quod sub Imperatoribus barbam nutrientibus representantur. Populi enim Augustorum exemplum in Fluviorum a se pro numinibus cultorum simulacris depingendis sequentur, ut infra observare liquet; Sic conspicuntur in nummis Μαιανδρος, Κύδνος, Σιάμανδρος, &c.

OB-

i) In Numismat. Imperat. August. & Cæs. a populis Rom. ditionis, Græce loquentibus, percussis, p. 342.

OBSERVATIO III.  
DE ÆGYPTO ET BABYLO-  
NIA AB ALEXANDRO M.  
CAPIENDA.

AD Ef. XXIII, 12. 13.

כְּתִיּוֹם קָומֵי עֲבָרִי גַּם שֶׁ לֹא יִנּוֹחַ לְךָ:  
הַז אָרֶץ כְּשֻׂדִּים זֶה הַעַם לֹא הִיָּה אָשֶׁר  
יִסְרָה לְצִיּוֹם הַקִּימֹן בְּחָנוֹנוֹ עָוֹרְרוּ אֲרֻמְנָטוֹת  
שָׁמָה לְמַפְלָה.

*Surge, transi, o gens Cittim! etiam ibi  
non acquiesces. En regionem Chaldaeorum.  
Hic populus olim non fuit. Assyrii regio-  
nem illam condiderunt pro deserti incolis, mu-  
nimenta ejus erexerunt, & palatia ejus ex-  
citarunt, sed in ruinas eam redegit.*

CONSPECTVS.

Agitur toto hoc capite de Tyro per Macedonas, du-  
ctu Alexandri Magni, expugnanda. כְּתִיּוֹם non  
ali sunt, quam Macedones. §. I. קָומֵי hortantis  
est ad rem aggrediendam. עֲבָרִי, transi, ad expe-  
ditionem Ægyptiacam suscipiendam spectat. A-  
lexander non post, sed ante obseßam expugnatam  
que Gazam, Hierosolymorum urbem occupavit. §. II.  
Particula שֶׁם, ibi, cum demonstrantis gestu prola-  
ta fuit, sic ut tenderetur manus Ægyptum versus.  
Quietem hic fore negat propheta genti Macedo-  
num, quod victorias suas ulterius esset persecutu-  
ra. §. III. Verbis, en Chaldaeorum regionem, in-

vitat quasi propheta Macedonas ad Babyloniam quoque subjugandam, unde mala plurima illata fuerant Judæis. §. IV. Describit vates divinus Babylonis originem, quæ debeatur Assyriis. צִים sunt deserti habitatores, sive scenitæ, in Babylonem recens conditam collecti. §. V. בָּחוּנִים, munimenta Babylonis, muri sunt, turres & arx. §. VI. אַרְמָנוֹת, palatia, templa, ædesque magnificæ Regum atque procerum. §. VII. Verba rededit eam in ruinas, partim ad Cyrus, partim, & maxime quidem, ad Darium Hystaspis pertinent. §. VIII. Intelligere hinc poterant Macedones, urbem non esse inexpugnabilem. §. IX.

## §. I.

**M**iror fere dubitasse interpretes Esaiæ præstantiores, utrum vaticinium, capite tertio & vigesimo propositum, ad cladem, quam Nebucadnezar Babyloniorum Rex, an ad illam, quam Alexander Makedo Tyriis intulit, sit referendum. Adeo enim claro, quod non nisi de posteriori agatur, patet ex indicio, ut nesciam an quid magis in hoc genere esse possit perspicuum. Revelatum enim Tyriis dicitur, puta malum, sive calamitas, ex regione Cittim. At vero Cittim Hebræis concisiori sono dicuntur Μανέδονες, quorum regio olim, teste **HESYCHIO**, a) Μανεστρα, vocabulo τη̄ **כְּתִים** magis etiam affini, fuit appell-

a) In *Lexico* p. 617.

appellata. Neque ullum in litteris sacris extare credo locum, ubi כחיתת de Macedonibus exponi commode nequeat. Torqueas igitur necesse est verba, si alio illa trahas, quam ad Macedonas, qui ductu Alexandri M. Tyrum per menses septem oppugnarunt, expugnata inque tandem vastarunt.

§. II.

Macedones igitur sunt, quos alloquitur propheta, cum *Surge*, inquit, *regio Cirtim*, usitatissima illa utens loquendi ratione, qua regio pro hominibus ponitur eam incolentibus, vel inde saltem oriundis, adeoque *regio Macedonum*, pro Macedonibus. Illud vero *surge* excitantis verbum est, ad rem alacriter ac strenue aggrediendam, ut in isto: b) קומץ אורי *Surge, illustrator*, q. e. age, illustrator, lumen admitte. Sic etiam *surge, transi*, est alacriter *transi*. Transitus vero iste ad iter pertinet, per terram Judaicam. Aegyptum versus faciendum, ad expeditiōnē Aegyptiacā, quam suscipere debeant Macedones, Tyro expugnata. In illa enim expeditione transitus per Judæorum terram vitari non poterat, nisi forte mare trajiceretur. Ac transiit revera Alexander, in Aegyptum cum exercitu proficisciens, per Palæstinam,

---

b) Et LX, 1.

stinam, quam & in ditionem æquis conditionibus accepit, ut referunt, qui res ab illo gestas litteris consignarunt. ARRIANVS: c) Αλέξανδρος δὲ ἐπ' Αιγύπτῳ ἔγνω ποιεῖσθαι τὸν σόλον καὶ ἦν αὐτῷ τὰ μὲν ἄλλα τῆς Παλαισίνης καλ�μένης Συρίας προσκεχωρηκότα ὥδη. Ευνυχος δὲ τις, ὡς ὄνομα ἦν Βάτις, ορατῶν τῆς Γαζάίων πόλεως, & προσεῖχεν Αλεξάνδρῳ κ.τ.λ. Alexander (Tyro expugnata) expeditionem in Ægyptum facere instituit. Et cetera quidem Syriæ, quæ PALÆSTINA vocatur, oppida in suam potestatem adduxerat. Eunuchus vero quidam, nomine Batis, qui Gazæ urbi præerat, solus Alexandro restitit. cert. Notandus hic nobis obiter est JOSEPHVS, qui d) Alexandrum capta demum Gaza Hierosolymam contendisse narrat, urbemque illam Palæstinæ principem suæ ditionis fecisse. Quo minus vero illo ordine acta res credi possit, duo sunt quæ prohibent. Primum parum verosimile est, Alexandrum Gazam, in finibus fere Palæstinæ australibus sitam, ante oppugnare voluisse<sup>1</sup>, quam Hierosolymam, urbem munitissimam, & cum ea propugnacula complura alia, unde a tergo infestari poterat plurimum, in potestatem redegisset. Deinde si Hierosolymam, post Ga-

c) De expedit. Alex. M. lib. II. c. 25. p. 101.

d) Ant. Jud. I. XI. c. VIII. §. 4,

Gazæ expugnationem, cum exercitu prius adiisset Alexander, quam in Aegyptum moveret, non potuisset ille die statim septimo Pelusium pervenire, Aegypti urbem. Attamen pervenisse, ARRIANVS atque CURTIUS testantur, quorum hic : e)  
Atque ille, inquit, *septimo die posteaquam a Gaza copias moverat in regionem Aegypti, quam nunc Castra Alexandri vocant, (prope Pelusium) pervenit.* ARRIANVS f) Αλέξανδρος δὲ ἐπ' Αιγύπτια, ἵναπερ τὸ πεῖπτον ὠρμήθη, ἐσέλλετο, καὶ εἰδόμην ἡμέρα αἴρο τῆς Γάζης ἐλαύνων ἦκεν ἐς Πηλάσιον τῆς Αιγύπτια. Alexander inde in Aegyptum, quo primum iter instituerat, contendit, septimoque, postquam Gaza movit, die Pelusium, Aegypti urbem, pervenit. Iter a Gaza Hierosolymam, ultra X. mill. Germ. inde remotam, atque hinc rursus, post aliquam commorationem, ad Pelusii urbem, intra tam breve temporis spatium, propter intervallum locorum longius, absolvi cum exercitu minime potuisset. Quapropter potius Alexandrum recta a Tyro, facto per Palæstinam medium *transitu*, Hierosolymam petivisse, atque hanc prius, quam Gazam oblidione cingeret, occupasse existimo.

## §.III.

- 
- e) Lib. IV. c. VII.  
f) Lib. III. c. I. p. 104.

## §. III.

גַם שָׁם לֹא יִנְחֶה לְךָ  
 Pergit vates divinus : Etiam ibi quies tibi non erit, non acquiesces. In sermonibus prophetarum obscuritatis difficultatisque tolli interdum potest plurimum, si ad gestus, cum quibus prolata fuere verba, attendat lector & interpres. Sæpius enim gestu aliquo orationis detextum suppleverunt viri divino acti spiritu ; ut erant Hebræi verborum in dicendo fere parcissimi , at in agendo multo liberaliores. Age ergo , sequamur illam observationem , & concipiamus nobis prophetam, manum, dum pronunciaret voculam שָׁם , ibi , austrum virtus extendentem. Quam ergo designabit regionem ? Aegyptum, nisi multum ego fallor, designabit, quam ingressurus sit Alexander, Phoenice atque Palæstina subiugatis. Negat vero Esaias quietem ibi fore Macedonibus, significans, non substitutum ibi Alexandrum , finemque victoriarum facturum, sed progressurum ulterius , & victricia arma in regiones etiam alias circumlaturum.

## §. IV.

Superesse ait regionem Chaldaeorum , sive Babyloniam. תֵּן אֶרֶץ כְּשָׂרִים en regionem Chaldaeorum . quibus verbis Macedones quasi invitantur, ut Babyloniam quoque invadant occupentque, ne scilicet immunis a communi

muni illa orientis calamitate esset regio, unde tanta in Iudæorum gentem provenerant mala. Executus etiam Alexander id est, ad quod eum hortatur propheta. Simulac enim Ægypto subacta, & peragrata denuo Palæstina, traiectisque Euphrate & Tigri fluiis, immensum Darii exercitum apud Gaugamela, vicum Assyriæ magnum, fudisset, statim in Babyloniam copias duxit, potitusque mox per deditio[n]em Babylonis urbe est, tradentibus eam, simul cum arce, Mazæo & Bagaphane gubernatoribus.

## §. V.

Vt autem difficultas operis ne deterreret Alexandrum, ad animum ei revocat propheta originem gentis Babyloniarum tenuem, & conditionem incolarum minime formidabilem, quin & expugnationem urbis per alios jam factam. *הַעֲדָה לֹא דִּין*  
*Hic populus*, Babylonius, non fuit, non fuit scilicet tam clarus, tamque illustris quam evasit postea. Superat enim memoria temporum, quibus neque rempublicam habuit neque imperium, uti gentes orientis ceteræ antiquiores. *Affyrius fundavit eam*, scil. regionem. Ninus, rex Affyriorum antiquus, vel &, sicuti Ctesiana fert traditio, Semiramis, Nini uxor, prima reipubl. Babyloniarum jecit fundamenta, quando Babylonem

ur-

urbem condidit, muris firmavit, templis ornavit, aggeribusque instruxit, ne per planitiem omnem amplius restagnaret Euphratis flumen. g) Condidit vero urbem illam ~~לְצִיּוֹן~~, *eremicolis*, collecta istuc ad inhabitandum ex Mesopotamia, regionibusque vicinis aliis, turba hominum per deserta oberrantium, & modo hic, modo illic, prouti pascuorum exigeret commoditas, per aliquod tempus sub tentoriis commorantium. Cujusmodi genus Arabes erant Scenitæ, hodiernum in Arabia, Palæstina, Syria atque Mesopotamia sub nomine *Beduīn* satis noti. Similes ergo antiquissimi Babylonis habitatores priscis fuerant Macedonibus, quos ante Philippi regis tempora Alexander h) πλανήτας fuisse ait, καὶ ἀπόρεις, ἐν διΦθέραις τὰς πολλὰς νέμουταις ἀνὰ τὰ ὅρη πρόβατα ὄλιγα, καὶ ὑπὲρ τῶν κακῶς μαχομένων Ιλλυρίοῖς τε καὶ Τειβαλλοῖς, καὶ τοῖς ὄμόροις Θραξὶ, *incertis sedibus errantes atque inopes, & plerosque subpellibus degentes, ac pro iis parum feliciter ad-*

g) V. HERODOTVM lib. I. c. 184. Originem Babylonis pluribus illustrarunt PÆRIZONIVS in *origin. Babyl. VITRINGA* in *Commentar. ad h. l. & Io. Frid. SCHROEERVS*, in *Imperio Babylonis & Nini*, Lips. 1726. quos nolo exscribere.

h) In *Orat. ad Macedones suos apud ARRIANVM* l. VII. c. IX. p. 284.

*adversus Illyrios, Triballos & finitimos Thracas bellum gerentes.*

## §. VI.

Exponit propheta porro Assyriorum in Babylonem merita : בְּחִוָּנֵר בְּחִוָּנֵר קַרְבָּן, Erexit, Assyrii, munitenta ejus. i) Per munitenta muros intelligo , turres & arcem : Muri Babylonis quanti fuerint , ex HERODOTO licet discere , qui k) τάφρος μὲν πρώτα , inquit , βαθέα τε καὶ ἐυρέα , καὶ πλένι ὑδατος , περιθέει μετὰ δὲ τεῖχος , πεντήκοντα μὲν πηχέων βασιλήιων ἐὸν τὸ ἔυρος , ύψος δὲ διποσίων πηχέων . Οἱ δὲ βασιλήιοι πῆχυς τῷ μετρίῳ ἐσὶ πήχεος μέζων τρισὶ δακτύλοισι . Primum fossa urbem ambit alta atque lata , aquæ plena . Deinde murus quinquaginta cubitorum regiorum crassitudine , ducentorum celsitudine . Est autem regius cubitus , quam is , quo pro mensura utimur , tribus digitis major . Firmissimus autem murus erat , tum propter crassitiem , tum quod lapides , sive lateres , conglutinati essent bitumine , materia admodum lenta & tenace . Qua de re præter Herodotum & CVRTIVS

Pars X.

O

testa-

- 
- i) Loquitur propheta mutato numero & genere , ut fieri solet , cum de regione & gente aliqua in sacris litteris sermo est . Pronomine masculino יְ respicitur ad vocem , מַעַל , populus .  
k) Lib. I. c. 178.

testatur : l) *Murus (Babylonis) instructus laterculo coctili, bitumine interlitus, spatiu m XXX. & duorum pedum latitudinem amplectitur : quadrigae inter se occurrentes sine periculo commeare dicuntur.* Altitudo muri centum cubitorum eminet spatio. Immo, ut eo firmius inter se connecterentur lapides, uncis districti erant ferreis, compagesque plumbo illiquato expletæ. m) Nec suffodi facile murus poterat, propter fossam aqua plenam, quæ, uti ex Herodoto modo acceperimus, murum cingebat undique, ac, eodem teste, latera habebat lateribus pariter munita. Præterea turres murum distinguebant crebræ, numero CCL. quarum altitudo latitudineque amplitudini operum muri respondebat : denis vero pedibus quam murus altiores erant. n) Denique arce Babylon five castello instructa erat munitissimo, cui tunc, cum Alexandro urbs traderetur, Bagophanes prærerat. Videlur illa ætate arx superfuisse tantum una, quem duæ fuissent antea. Harum una ad ortum, altera ad occasum Euphratis, Babylonem interfecantis, fuerat ædificata. Et occidentalis quidem altera uti multo amplior, ita etiam magnificentior,

vali-

l) Lib. V. c. I. §. 25.

m) DIODORVS Sic. I. II. c. VIII.

n) Idem c. VII. &amp; CVRTIVS I. c.

validiorque, Nebucadnezaris opus. o) Post quam conditam arx orientalis neglecta fuisse videtur, tandemque collapsa. Hæc igitur sunt Babylonis **כְּחַנִּים**, *munimenta*.

## §. VII.

Neque vero munimentis solum Babylonem firmaverant Assyriorum Reges, verum etiam ædificiis exornarant splendidis. שׁוֹרְרוֹ אֲרֻמָּנוּתָה excitarunt palatia ejus. Comprehenduntur, puto, voce אֲרֻמָּנוּת templo Deorum, palatia Regum atque procerum, imo ædes privatorum locupletiorum magnifica. His, nempe, singulis instructissima erat Babylon. Templic superbiit pluribus, in quibus illud Beli omnium admirationem meruit. Xerxes, Persarum Rex, illud cum reliquis subverterat, instaurare vero decreverat Alexander; ac instaurasset etiam, nisi morte fuisse præventus. p) Palatiorum regiorum §. præcedenti jam fecimus mentio-

O 2

nem.

o) BEROSVS apud JOSEPHVM *Ant. Jud.* l. X. c. XI. §. i. Conf. DIODORVM l. I. c. VIII. qui arcem illas describit pluribus, ac inter cetera occidentalem arcem muro cinctam fuisse refert triplici, ingenti altitudine, quorum extimus ambitum habuerit stadiorum LX.

p) STRABO *Geogr.* l. XVI. p. 1072. ARRIANVS de *Expedit. Alex.* M. l. III. c. XVI. p. 127. Descriptio-  
nem templi HERODOTVS l. I. c. 181. sqq. & DIO-  
DORVS l. II. c. IX. dederunt.

nem. Erat vero præterea ἄσυ ἀυτὸ πλῆρες ὀμιέων τριωρόφων καὶ τετρωρόφων, plena urbs domibus ternarum quaternarumque contignationum, verba sunt HERODOTI, q) αὐτόπτες.

## §. VIII.

Verba postrema למלחה שמה, redigit eam in ruinas, partim ad Cyrum, partim vero, & maxime quidem, ad Darium Hystraspiden, Persarum Reges, spectare existimo. r) De Cyro BEROSVS: s) κῦρος δὲ βαθύλῶνα καταβόμενος, καὶ συντάξας τὰ ἔξω τῆς πόλεως τέιχη κατασκάψαι, διὰ τὸ λίαν ἀντῷ πραγματικὴν καὶ δυτάλωτον Φανῆναι τὴν πόλιν, ἀνέζευξε επὶ Βορσιππον, ἐπολιορκήσων τὸν Ναβόνηδον. Cyrus autem Babylone capta, postquam iussisset muros urbis exteriores dirui, quod civitatem videret ad res novas mobilem, urbem vero expugnatu difficilem, inde in Borsippum proficiscitur, Nabonidum obseffurus. Sed non exsecuti omni ex parte mandata Cyri sunt ii, quibus fuerant data. Videnturque illi partem tantum murorum exiguum demoliiti,

q) Lib. I. c. 180.

r) Ut subiectum in hac formula exprimeretur, non adeo necesse erat, quin Alexandri M. aetate ignorantum facile futurum esset nemini, a quibus capta urbs fuisset, &amp; munimentis suis nudata.

s) Apud JOSEPHVM lib. I. contra Apionem p. 452.

ti, quæ instaurari postea facile potuit. Dario enim Hyrcaspide Babylonem obsidente, muros urbs habuit integros. Hic demum Rex ἐπεὶ ἐκράτησε τῶν Βαβυλωνίων, σφέων τὸ τεῖχος περιεῖλε, καὶ τὰς πύλας πᾶσας ἀπέσπασε. Τὸ γὰρ πρότερον ἐλὼν Κῦρος τὴν Βαβυλῶνα, ἐπόησε τετέων ὁδέτερον, *potitus urbe, muros ejus circumcidit, & portas omnes amolitus est: quorum neutrum Cyrus fecerat t) eidem prius a se captæ.*

## §. IX.

Quodsi jam secum reputaret Alexander, incolas Babylonis ex hominibus ortos esse vagabundis, & rei pecuariæ magis, quam armorum tractandorum, peritis; ac præterea, urbem expugnatam jam olim fuisse ab aliis: judicare hinc poterat, Babylonem, licet tunc temporis satis adhuc munitam, haud esse insuperabilem: ac proinde spem animo concipere, fore, ut ipse quoque eadem potiatur, si vel maxime vis foret adhibenda. Habitatores Babylonis recentiores non magis bellicosi fortesque erant, quam antiqui primique, quibus nullus, aut exiguis certe, belli fuerat usus: habebantque illi salutem non tam in virtute sua, quam in loci munitione repositam, molles cetera atque voluptarii.

O 3

Ac

t) At fieri tamen voluerat prius.

Ac si quas forte res magnas gesserant Reges Babyloniorum aliqui, ortu quidem Assyrii, gesserant illas copiarum non ex ipsa Babylonia, sed ex Assyria regionibusque septentrionalibus aliis, contractarum opera atque fortitudine.

## OBSERVATIO IV.

DE DOEGO CONCLVSO  
CORAM JEHOVA.

*Ad 1. Sam. XXI, 8.*

רַשְׁם אִישׁ מָעָבֵד שָׁאֹל בַּיּוֹם הַחֹזֶה נָעֶצֶר  
לִפְנֵי יְהוָה וְשָׁמוֹ דָּגֵן הָאֲרָמִי אָבִיר הַרְעִיסָה  
אֲשֶׁר לְשָׁאֹל

*Versabatur ibi tempore illo vir aliquis e ministris Sauli, conclusus quidem coram Je-hova, cui nomen erat Doego Adomæo; p̄fectus vero erat pastorum Sauli.*

## CONSPECTVS.

*Nobam dupli de' cauffa sese contulit Davides. (1) ut Deum per Achimelechum, pontificem, consuleret. (2) ut victum ab eodem acciperet. §. I. Si-ta Noba in Benjaminide, non longe ab Hierosolymorum urbe, que conspicere inde potuit. Saulus co-transferriri curavit tabernaculum Silunte, non quod eversa fuisset Silo, sed quod sua in tribu illud esse voluit, honoris causa. Substitut ibi tabernaculum per annos XIII. secundum Judæos. Noba tunc temporis urbs facta sacerdotalis. §. II. Doeg Ado-*

Adomi cognominatur neque ideo, quod Idumeus esset genere, neque quod in Idumaea fuisset peregrinatus, sed quod civis esset Adummim, urbis Benjaminiticæ, in tribuum Benjaminis & Judæ confiniis sita. §. III. Doeg præfectus pastorum dicitur. Designatur vero formula ista non tam ille, qui præst pecora pascentibus, quam qui locum tenet supremum in rectoribus atque gubernatoribus populi, quos pastores appellare & Hebræi, & Græci & Latini consueverunt. §. IV. Verba רְפָנִי יְהוָה, coram Jehova, indicant, Doegum degisse in tabernaculo, ubi sermones cum Achimelecho miscuit Davides. §. V. Vox נַעֲצֵר, conclusus, hominem hic notat in loco versantem tali, qui claudi potest, imo clausus revera est. Perperam vero de viro exponitur, qui captivus detinetur. Atrium tabernaculi, æque ac templi atria postea, conclavia habuit, usibus inservientia variis. §. VI. In uno igitur horum conclave versatus tunc est Doeg, vel lustrationis caussa, quia vel leprosus fuerat, mundusque pronunciari cupiebat. §. VII. vel Nazireatus votum gesserat, eoque liberari volebat. §. VIII. Vel, ut carnes elixaret sacrificii alicujus eucharistici, quod pro se obtulerat. §. IX.

## §. I.

**F**Vga salutem quærere cum statuisset Davides, postquam Saulum perniciem ipsi destinasse certam ex Jonathane, amico fido, cognoverat, Nobam primum se recepit, divertitque apud Achimelechum, illo tempore pontificis munus gerentem. Adiit vero hunc de caussa dupli, (1) ut per illum consule-

O 4

suleret Deum de eo , quod vel sperandum, vel metuendum ipsi esset. (2) Ut victimum ab eo acciperet , quo maxime tunc indigebat, tum quod aliquot jam diebus in agro delituerat , ac famiem fortasse toleraverat, tum quod in fuga alimenta ab aliis compare minus tutum judicaret, veritus ne facile agnitus, ut erat omnibus notissimus, proderetur, vel & statim caperetur. Posterius ex ipsa Historici sacri narratione satis est liquidum ; prius vero ex ipsa Achimelechi colligitur confessione. Nam cum criminis hoc ei daret Saulus, a) quod *sciscitatus Deum esset*, *Davidis gratia*, factum ille non negabat, sed tantum, nihil se insoliti hac in re fecisse, contendebat: **הַזֹּם הַחֲלֵת לְשָׁאֵל לוֹ בְּאַלְהָיִם** An hodie demum incepi Deum, in ejus gratiam, interrogare, q. d. Sapientia numero hoc a me petiit Davides, ut Deum , ipsius caussa, consularem, neque unquam ego recusandum duxi, quod officii pontificalis ratio a me exigit. Cur ergo nuper desiderio ejus satisfacere non debuisse, causam video nullam, ignarus plane ejus, cuius tu ipsum insimulas , conspirationis atque sceleris.

## §. II.

Contigerunt haec , uti indicatum jam est, Nobis , de cuius loci situ atque memorabilibus

a) 1. Sam. XXII, 13.

libus paucula quædam ut commentemur, ab instituto minime abhorret. Itaque apud Nehemiam b) Noba in urbibus connumeratur Benjaminiticis, jungiturque Anathotæ, quæ, EVSEBIO c) & HIERONYMO d) testibus, tribus tantum milliariis Ital. septentrionem versus Hierosolymis distitit. A quibus non multum discedit JOSEPHVS, quando Anathotam Hierosolymis viginti stadiorum spatio abesse scribit. e) Ab hac igitur, adeoque ab ipsis etiam Hierosolymis, non longe remotam fuisse oportet Nobam: id quod ex eo etiam colligitur, quod de Assyriorum exercitu, e septentrionalibus adventante, ac Hierosolymorum urbem invasuro, apud Esaiam f) dicitur, eum, postquam per diem unum Nobæ substitisset, manum suam agitatum, five machinas obsidionales & arma expediturum, *adversus montem Zionis*. Intervallum itaque inter Hierosolymam & Nobam non fuit longius, quam quod exercitus ingens uno eoque continuo itinere, die uno, emetiri potuit. Hinc & Nobæ conspici potuisse Hierosolymam, paraphrastes Chaldæus g) & Talmudici h)

O 5

hac

b) Cap. XI. v. 32.

c) In *Onomast.* ad hanc vocem.

d) In locis Hebr. voce Anatoth.

e) *Antiqu. Jud.* I. X. c. VII. §. 3.f) Cap. X. v. 32. g) In *paraphrasi Ef.* X. 32.h) In *Sanhedrin* f. 95. col. I.

אתא מלכא ראות ראותו :  
 hoc innuunt traditione :  
 וקס בנווב קריית כהניא לקביל שורא דירושלם  
 וענוי ואמר לחילוותיה הלא רוא היא קרתת-  
 ירושלם ועליה ארגנישית כל משוריית ועליה  
 כבשית כל מדרינתו היא זעירא וחולש-  
 מכל כרכיו עטמיא וככשיות בתקפ' ידי  
*Nobam, civitatem sacerdotalem, cum accessisset  
 Assyriorum rex, constituit ibi, murum Hiero-  
 solymae adversum habens; quo, simul cum  
 urbe ipsa conspecto, suo dixit exercitui :  
 Nonne haec illa Hierosolymorum urbs, pro-  
 pter quam omnes meas movi copias, subegique  
 provincias ? Videte illam & minus amplam  
 & minus firmam, quam oppida munita reli-  
 qua, quae manus meæ robore mihi subieci.*  
 Memorabilis Noba ex eo potissimum facta  
 est, quod translatum istuc Silunte fuit ta-  
 bernaculum Mosaicum, tempore Sauli Re-  
 gis. Caussam translationis hanc fuisse aiunt  
 Iudaei, quod vastata, ob incolarum impro-  
 bitatem, fuisse Silo, destructique parietes  
 lapidei, quibus tabernaculum istic loci cin-  
 etum fuisse creditur. Ita saltem Maimoni-  
 des, R. Obadia de Bartenora aliique non-  
 nulli perhibent. **MAIMONIDES:** (i) על חרב משקן שילה ובאו לנו ובנו שם  
**מקראש.** Mortuo Eli desolata fuit Ædes Si-  
 lun-

i) In *Hilchot Bethabbechira* Cap. I. §. 2.

*luntis. Venerunt igitur Nobam, atque ibi Sanctuarium extruxerunt. Idem : k) אחר (MARKOS מוקדש שילה בעוניות אבותינו הקימו שרוב מקודש שילה בעוניות אבותינו הקימו אלול מועד שנעשה במועד בנוב Postquam Sanctuarium Siluntis destructum est, ob majorum nostrorum delicia, Nobæ erexerunt tabernaculum conventus in deserto structum.*

*R. OBADIAS: l) כשרב שילה לסת' שלש מאות ושביעים חסר אחת שנה והשכן שם גלוך הארון בימי עלי באו לנוּב. Cum desolata esset Schilo, sub finem annorum trecentorum & sexaginta novem, quibus tabernaculum ibi stetit, & postquam tempore Eli capta a Philistais fuisse arca foederis, Nobam venerunt, ut tabernaculum ibidem constituerent. Sed est mihi admodum suspecta illa ratio, cum nusquam reperiamus de Siluntis vastatione, illa quidem aetate facta, a scriptoribus sacris quidquam esse proditum. Superfuit certe Silo tempore Jeroboami, primi Israelitarum Regis. Conjugem enim is suam eo misit ad Achiam prophetam, ut hunc de valetudine filii, tunc agrotantis, consuleret. m) Itaque suspicor potius, Saulum*

k) In *Commentar. ad Zevachim* cap. XIV. §. 7.

l) Ad locum Talmudis eundem. Cf. R. GEDALJAM ben Jechaija in *Schaschelet Hakkabbala* f. 9. c. 2.

m) 1. Reg. XIV, 2. sqq.

lum, honoris tribui suæ faciendi caussa, Nobam transportari jussisse tabernaculum, ut esset illud in illius tribus, unde rex oriundus erat, regione, puta in Benjaminitide. Quemadmodum & Josua, Ephraimita, ideo potissimum Silunte, in media fere Ephraimitide, tabernaculum constituisse credi potest, ut decus suæ tribui singulare ex illo Numinis habitaculo, & ex arca foederis, quæ **כבוד יִשְׂרָאֵל**, *gloria Israëlis*, vocari solebat, n) conciliaret. Quamdiu vero Noba substiterit tabernaculum, non satis certo constat. Videntur tamen a vero non multum ab errare Judæi, quando spatium ponunt annorum XIII, quibus elapsis rursus fedem suam mutaverit templum illud portatile, translatum quippe Noba, per Saulum everfa, o) Gibeonem, itidem urbem Benjaminiticam. Ceterum Noba ex eo, quod tabernaculum illic fuerat collocatum, in *urbem evaserat sacerdotalem*, **עיר הכהנים**. Sic enim diserte appellatur a scriptore libri prioris Samuelis. p) Antea talis non fuerat. Neque enim commemoratur in urbibus, quæ in Benjaminitide assignatae fuerant sacerdotibus, quarumque Jos. XXI, 17, 18. & I. Chron. VI. 45. extat recensus. Nempe data suisse videtur sacerdotibus, simulac positum ibi

n) V. I. Sam. IV, 21.  
p) Loco cit.

o) I. Sam. XXII, 19.

ibi fuerat tabernaculum, ut degere ibi posset aliquis sacerdotum numerus, quorum operam cultus Dei publicus quotidie requireret.

## §. III.

Ista igitur in urbe tunc versabatur Doeg, cum Davides ab Achimelecho & victimum peteret, & responsum aliquod divinum. De cuius viri patria & origine nonnulla prius differemus, quam de causa, cur ille Nobæ commoratus tunc fuerit, exponamus. Habetur vulgo pro Idumæo, sive homine ex gente Idumæorum oriundo, quia cognomine *Haadomi* insignitur, quod alibi q) virum notat Idumæum. R. ISAAC A-BARBANEL Idumæum illum vocari contendit, non quod talis esset origine, sed quod apud Idumæos aliquando esset peregrinatus. וְהוּא מִכְנֵי יִשְׂרָאֵל הוּא אֶבֶל לְפִי שְׁרוֹחָה גַּר כָּרֶץ אֲרוֹם נִקְרָא אֲרוֹמִי וּכְן אֲרוֹהָה הַחֲתֵי אֲתִיו הַגְּנִיטָה כָּלָם נִקְרָאוּ עַל שֵׁם מִקְרָם אֲשֶׁר שְׁם. Erat, inquit, r) Doeg ex Israëlitarum gente; cognominatur vero Idumæus, quia peregrinatus fuerat in Idumæa. Sic Vria cognominatur Chittæus, Itai Gittæus, ex locis ubi fuerant peregrinati. Sed cum credibile non videatur, voluisse Saulum ho-

mi-

q) Deut. XXIII, 8. I. Reg. XI, 14.

r) In Commentar. ad h. l.

minem extraneum muneri præficere tam spectabili, tantaque, quantam gesfisse Doe-  
gum infra ostendemus, ornare dignitate; A-  
barbanelis autem ratio admodum fit incerta:  
malim ego illam Judæorum veterum am-  
plecti sententiam, qua Doegus *Adomæi* co-  
gnomine ideo appellatus statuitur, quod ex  
loco, *Adummim* dicto, esset oriundus. Al-  
legat illam ABARBANEL, ex quo affere-  
mus: וברברי ח'ז'ל ר' יהושע אומר מנכח  
למעלה אדרומים היה זהה המקומס היה בגבור  
בנימן ועל שם עירו נקרא כן. In scriptis  
Doctorum nostrorum p. m. R. Josua oriundus  
fuit, inquit, Doegus ex Maale Adummim  
(locus hic erat in finibus Benjaminitidis) co-  
gnomenque tulit ex nomine urbis patriæ. Scri-  
ptor libri Josuæ bis ejus loci mentionem fa-  
cit, s) docetque, in confiniis fuisse tribuum  
Judæ & Benjaminis, prope Gilgalem, Hieri-  
chungi ab oriente vicinam. Additur nomi-  
ni utrobique vox, מעלה אדרומים, ascensum notans,  
unde patet, Adummim in loco fuisse excel-  
so. Hieronymus de illa hæc habet: t) A-  
dommim quondam villula, nunc ruinæ, in  
forte tribus Judæ, qui locus usque hodie vo-  
catur Maledomim (מעלה אדרומים), & Greece  
dicitur αὐάθασις πύρρων, Latine autem appel-  
lari

s) Cap. XV, 7. & XVIII, 17.

t) In locis Hebr. voce Adommim.

*Iari potest ascensus ruforum, seu rubentium,  
qui illic crebro a latronibus funditur. Est  
autem confinium tribus Iudee & Benjamin,  
descendentibus ab Aelia Jerichum, ubi & ca-  
stellum militum situm est, ob auxilia viato-  
rum. Sed rectius, credo, ad fortē tribus  
Benjamin, quam ad illam Iudee locum retu-  
lisset Hieronymus, exigente id locorum,  
cum quibus Adummim conjungitur, situ.  
Hunc igitur sive vicum, sive pagum, Doegum  
solum natale habuisse arbitror. Ac sane Ben-  
jaminitam illum fuisse, inde etiam quodam-  
modo potest colligi, quod ministros illos  
suos, quibus intererat Doegus, & in quibus  
locum hic, uti mox apparebit, tenebat prin-  
cipem, *Benjaminitas* appellat Saulus. u) Et  
cur non suæ potius, quam alias tribus, aut  
alienæ etiam originis, homini munus adeo  
splendidum commisisset Saulus?*

## §. IV.

아버지 הרעים אשר לשאול exprimitur. Exponuntur vulgo *prin-  
ceps*, sive *prefectus*, *pastorum Sauli*. Qua in  
expositione ipse quoque iubens acquiesce-  
rem, quum non ignorem, Reges Hebræ-  
orum multa aliisque pecora, nisi scrupulum  
injiceret (i) id, quod Doegus postea x) vo-  
catur נצב על עבדו שאול *prefectus mini-  
stro-*

u) 1. Sam. XXII, 7. sqq.

x) Cap. XXII, 9.

*strorum Sauli*, ubi nihil est, quod cogat, ut vox עֲבָרִים ad solos restringatur pastores pe-  
corum, nec ad cuiuscunque generis mini-  
stros, militares juxta ac civiles, extendatur.(2)  
Quod Doegum Davides הַגּוֹבֵר, *heroa*, ap-  
pellat. y) Atqui non usurpari solet vocabu-  
lum hoc, nisi de viro, qui vel fortiter se-  
gerit in bello, vel res civiles summa cum  
auctoritate administrat. Itaque vocem רְשִׁים,  
qua<sup>x</sup> proprie *pastores* notat, figurato sensu de  
rectoribus capio populi, qui rempublicam  
moderantur, de ministris aulicis, imo de du-  
cibus bellicis. In his igitur locum primum  
tenuisse opinor Doegum, sic ut vocari ille  
possit merito *supremus rerum civilium atque  
militarium minister*. Ne quis autem mi-  
retur, nos *pastorum* vocabulum de viris in-  
terpretari, qui hominibus præsunt, atque  
hos gubernant; observandum hic est, He-  
bræos, imo Græcos etiam & Latinos, *pasto-  
rum* titulo principes insignire consueuisse,  
reipublicæ proceres atque moderatores. Nec  
petenda longe est ratio. Patet enim cuivis,  
eandem fidem eandemque curam, quam in  
pascendo tuendoque grege pastorem collo-  
care oportet, ab eo quoque jure quodam re-  
quiri, cui populi concredita est gubernatio.  
Memorandum hic nobis ante omnia est,  
ipsum Deum, Regem Israelicæ gentis su-

pre-

y) Ps. LII, 9.

premium, *pastoris* nomine in sacris litteris nuncupari passim. Obvium memoriarum cuiusvis illud psaltæ dictum z) erit: יְהוָה רֹעֵי אֶחָד, *Jehova pastor meus*, nulla re indigebo. Omitto loca alia, quippe repertu facillima. Vicissim homines, imperio Dei subiecti oves dicuntur; ut in illo: a) לְמַה יִעֱשֶׂן אֱפָךְ בְּצַאן מְרוּעָתֶךָ *Quare sumabit ira tua in oves pascui tui?* Ea tem appellatione de Regibus, Rectoribus reipublicæ, & de ducibus belli usus Jeremias est aliquoties, ut cum הריעת פשע ב' *Pastores*, inquit, b) defecerunt a me, principes designans populi Judaici. Et alibi c): נָתַתִּי לְכֶם רְעִים כָּרְבֵי וּרְעוֹ אֲתֶכְם רְעה וּחֲשָׁכֵל *Dabo vobis pastores, Reges, Principes, Gubernatores, ex animi mei sententia, & pascet vos scientia atque prudencia.* Rursus alio loco: d) אליך יבוא *Rursus alio loco: d) אליך יבוא* רְשִׁים וּדְרוֹחוֹת תַּקְשׁ עַלְיהָ אֲרָלִת סְבִיב *Venient ad eam, Hierosolymam, pastores, eorumque greges, figentque contra eam tentoria undique, quisque in parte sua pascet.* De obsidione Hierosolymæ, a Babyloniis suscipienda, quum agat propheta, liquet sane, *pastores* hic duces esse exercitus Babylonici, *greges* vero eorum copias. Quod & HIERONYMVM sensisse video.

## Pars X.

P.

nam

2) Ps. XXIII, 1.

a) Ps. LXXIV, 1.

c) Cap. III, 15.

b) Jer. II, 8.

d) Cap. VI, 3.

nam sic ad l. h. inter cetera commentatur.  
 „In pastoribus, & gregibus eorum, principes sentiamus & exereitus Chaldaeorum.  
 „Figent autem tentoria sua in obsidione urbis in circuitu, & pascet unusquisque eos,  
 „qui sub manu sua sunt ; suas, videlicet turmas, & numeros.” e) Magistri Hebraeorum veteres, animadverentes, officio Ducum, five Rectorum populi, cum illo pastorum summam intercedere similitudinem, observarunt, Deum Duces populi sui maxime illustres, e. c. Davidem atque Mosen, ex pastoribus legisse, atque iis, quibus summam rerum in Hebraeorum republ. aliquando crediturus esset, gregum pascendorum curam antea commississe, ut scilicet dexteritatem eorum, curam, studium fidemque minoribus rebus prius exploraret, quam majoribus eosdem praeficeret. Quia de re aliqua simul illi haud ineleganter commenti sunt, forte non indigna, quibus locus hic aliquis concedatur : f)

רמי בוחן לזריק שנאמר י' (f) ציריך יבחן וכמה הוא בוחנן במרעה הצאן ברק לדור בצאן ומצאו רועה יפה שנאמר ויקחך ממכלאות צאן מהו ממכלאות צאן כמו ויכלה הנפש רוח פונע הגמדולים מפני הקטנים והיתן מוצא

e) Cf. Jo. CLERICI ad eundem locum *annot.*f) *Schemot rabbah* fol. 119. col. 4. & fol. 120. col. 1. edit. Fr. 1705.

מוצא והקטנים לרעות כרי שירעו עשב הרק  
ואחר מוציא חזנים כרי שורע עשב הבינוינה  
ואחר מוציא הבחורים שירע אוכליין עשב  
הקשח אמר וק' ב' מה שירוא וווער לרעות הצאן  
איש לפי כחו יבאו וווער בעמי הוזד מאחר  
עלות הביאו לרעות ביעקב עמו. Quæ hunc  
in modum latine convertit JAC. RHE-  
FERDVS : g) *Quem explorat Deus ? Ju-*  
*stum. Nam Dominus explorat justum.* h) *Quomodo explorat eum ? Pastione ovium. Ita*  
*de Davide experimentum cepit , grege ipsi*  
*commisso , & pulcrum illum pastorem depre-*  
*bendit , (ποιμένα καλὸν JO. X, II.) quemadmo-*  
*dum dicitur. i)* Et accepit illum a compa-  
scendis gregibus. *Quid ibi notat* מיכלאות  
צאן ? quemadmodum ~~ונכלא~~ *ונכלא* הגשׁ ~~ו~~ & cohi-  
bitus (vel conclusus est) imber. k) *Scilicet*  
*David majores pecudes aliquantisper a pastu*  
*abstinebat, propter minores. Primo enim te-*  
*nellas oviculas pastum agebat, ut teneras her-*  
*bas admorderent ; post has vetulas pecudes,*  
*quæ medii generis gramen depascerentur : ac*  
*tandem demum ultimo loco juvenculas (ro-*  
P 2 bustas

g) In *investigatione praefectorum & ministr. syna-*  
gogæ. Cap. II. §. XVII.

h) Pf. XI, 4. i) Pf. LXXXVIII, 70.

k) Gen. VIII, 2. Volunt vocem מיכלאות explicari  
ex Verbo כלא, cui notio insit concludendi.

buscas illas atque firmas) quæ durius gramen detonderent. Dixit itaque Deus O. M. Qui greges pascere novit, & quidem ita, ut suum cuique convenientem pastum tribuat, pro eo atque mordere & concoquere potest, is veniat, & pascat etiam populum meum. Atque hoc est, quod scriptum est: I) A sequendis factis adduxit eum, ut Pastor esset in Jacobo populo suo. Hæc de Davide: adduntur mox etiam ista de Mose: ואֲפָגְשָׁנִי לֹא בְתַנּוּ הַקְבָּה אֶלְيָתֵךְ בֶּצְעָן אָמְרוּ רְבוּתֵינוּ כְּשָׂחוּתֵינוּ מְרֻעָה רְעוּה צָאוֹן שֶׁל יְתָרוּ כְּמָרְכָר בָּרוֹת מִמְנוּ גְּדוּ וְרַצֵּחַ אַחֲרָיו עַד שְׁהַגְּנִיעַ לְהֹסּוֹת כִּיּוֹן שְׁהַגְּנִיעַ לְהֹסּוֹת נְדֻמָּנָה לוּ בְּרִיכָה שֶׁל מִים וְעַמְדָה גְּנִירִי לְשִׁתּוֹת כִּיּוֹן שְׁהַגְּנִיעַ מִשְׁׁרָחָא אַצְלוּ אָמַר אָנָה לֹא תְּהִירֵי יְרֻעָה שְׁרֵץ הַיּוֹתֵר מִפְנֵי צְמָא עַיְף אַתָּה הַרְכִּיבָה עַל כְּתִיפָה וְזֹוֹהָה מִתְּלָךְ אָמַר הַקְבָּה יְשֵׁלָךְ רְחִמִּים לְנָהָגָה צָאוֹן שֶׁל בָּשָׂר וּם כְּךָ חִירֵךְ אַתָּה תְּרֻעָה צָאוֹן יִשְׂרָאֵל הוּי וּמִשְׁׁה הַיָּה רְעוּת. Atque etiam Mosen non probavit Deus O. M. nisi pastione gregis. Qua de re ita Rabbini nostri tradiderunt. Quum Moses Magister noster p. m. gregem Jethronis saceri sui pasceret in deserto, hædus quidam ab eo aufugit, quem persecutus est, donec ad m) pervenisset, ubi piscina aqua-

I) Pl. LXXXVIII, 71.

m) Hanc vocem ver-  
bi sic in Codicibus veteris

aquarum illi commode oblata est , ad quam  
hædus ille , ut sitim restinguaret , constituit.  
Hunc cum Mōsēs affecutus esset , sane nescivi ,  
inquit , te siti compulsum tanta velocitate hoc  
procurrisse ; jamque defessum te video : hu-  
merisque suscepit ( ἐπιτίθησεν ἐπὶ τῷ μετεύ-  
τῃ , uti ille in parabola Luc. XV, 4. 5.) & ab-  
iit . Tum itaque Deus ad Mōsen summam ,  
inquit , in te fidem atque clementiam sitam es-  
se video , ad ducendum ( vel regendum ) gregem  
carnis & sanguinis ( i. e. hominis : Cf. Matth.  
XVI, 17. Gal. I, 16. Eph. VI, 12. Hebr. XI, 14.)  
Sic itaque etiam per vitam tuam pasces gre-  
gem meum , Israelem . Et hoc est illud : Et  
Moses pascebat cet. Synagogæ cum veteris  
tum recentioris antistites *Parnasim* , פָרְנָסִים ,  
h. e. pastores a Judæis appellari , norunt o-  
mnes , quotquot res Judæorum non plane  
ignorant . Nec Græci dubitarunt , Regibus  
Principibusque *pastorum* appellationem tri-  
buere . Observat hoc de illis ipse PHILo,

P 3

scri-

tere , vel litteris Latinis exprimere ausus non est .  
RHENFERDVS , dubitans , quid significaret , aut  
quomodo legi deberet . Credo nomen esse pro-  
prium alicujus loci . Id R. etiam ISASCHARI  
BEHR visum est . Scribit enim in *Mattenot ke-*  
*hinnna* : רַפֵּי הָעֲנֵן וְהָא שֶׁם מִקּוֹם וּבְקַשְׁתִּי וְלֹא  
כְּצַחְתִּי מָאֵר זוּ בְּשָׂום מִקּוֹם זָוְחֵת פָּה  
Pro contextus ratione nomen esse debet proprium  
alicujus loci . Non reperi autem vocem , licet que-  
siverim , in loco ullo alio , præter hunc .

scriptor Judaicus: n) Ὅυτω γὰν σεμνὸν καὶ λυστιλές ιωνόμισαι τὸ ποιμάνειν, ὡς τὸ μὲν ποιητικὸν γένος τὰς θασιλέας ποιμένας λαῶν ἔιωθε παλεῖν· ὁ δὲ νομοθέτης τὰς σοφες, οἱ μόνοι πρὸς ἀλήθειαν θασιλεῖς εἰσιν. Tanta certe curæ pastoralis honestas creditur, & utilitas, ut poetarum gens Reges soleat vocare pastores populi: sicut legislator sapientes dignatur hoc nomine, qui soli veri Reges sunt. Ad Homerum respici palam est, & ad poetas eum imitatos. Homerus enim Reges atque Imperatores ποιμένας λαῶν appellare solet, pastores populorum. Mactavit certe hoc titulo Dryantem o) atque Agamemnonem, p) principes Græcorum ducesque. Cur vero sic appellaverit, optime explicat Socrates apud XENOPHONTEM. q) Is enim ἐντυχών ποτε ἤραπηγεῖν ἡρημένῳ τῷ τὰ ἑνεκεν, ἐΦη, Ὀμηροῦ εἰς τὸν Αγαμέμνονα προσαγορεῦσαι ποιμένα λαῶν; ἄξι γε ὅτι ὥσπερ τὸν ποιμένα ἐπιμελεῖθαι δεῖ, ὅπως σῶσί τε οἱ σρατιῶται ἔσονται, καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἔχοσι, καὶ γὰρ ἑνεκα σρατέουνται, τῷτο ἔσαι; σρατέουνται δὲ, ἵνα πρατῆντες τῶν πολεμίων ἐύδαιμονέσσοι ὥστε - - - καὶ ἵνα ὁ βίος αὐτοῖς ὡς βέλ-

71506

n) De Agricultura p. 150.

o) Iliad. I, 263.

p) Iliad. II, 245. &amp; alibi sivepius.

q) Memorabil. I. III. p. m. 763.

τισος ἦ. καὶ σεαπηγὸς αἰρένται τάχτες ἔνεα, ἵνε  
πρὸς τότο ἀντοῖς ἡγεμόνες ὄστι. Quum aliquan-  
do in aliquem incidisset, qui delectus erat, ut  
imperatorio munere fungeretur: Quam ob  
rem, ait, Homerum existimas appellasse Aga-  
memnonem pastorem populorum? Annon  
ideo, quod quemadmodum pastorem in hoc ad-  
bibere curam oportet, ut oves & salvæ sint,  
& habeant pabulum necessarium. ita etiam  
Imperatori curandum sit, ut milites sint in-  
columes, & commeatum habeant, id ipsum  
hoc modo consecuturi, cuius caussa militant?  
Idcirco autem militant, ut hostibus viētis bea-  
tiores sint - - & ut quam optima vita fru-  
antur: & Imperatores propterea legunt, ut  
eis ad hoc ipsum duces sint. Eadem fere Cy-  
ri tuit sententia, quippe dicere soliti: παρα-  
πλήσια ἔργα εἶναι νομέως ἀγαθῶν καὶ βασιλέως  
ἀγαθῶν. Τόντε γὰρ νομέα χειναι ἐφη ἐνδάιμονας  
τὰ μηνη ποιῶντα χειθαίρις ἀντοῖς, ή δὴ περιβάτων  
ἐνδάιμονα. Τόν τε βασιλέα ὠσαυτως ἐνδάιμονας  
πόλεις καὶ ἀνθεώπους ποιῶντα, χειθαίρις ἀντοῖς.  
Similia esse boni pastoris & boni Regis opera.  
Nam pastoris esse munus, ut posteaquam ju-  
mentis felicitatem conciliasset, ita deinceps  
illis uteretur, quæ quidem pecudum esset feli-  
citas: itemque Regem urbibus & hominibus,  
quos ipse beasset, uti debere. r) Latinos quo-

que comparatione uti sueuisse eadem, tritum illud apophthegma Tiberianum arguit: *Boni pastoris est tondere pecus, non deglubere.* s)  
Nec non VIRGILII illud ἐπίγεαμα ἐπιτά-  
φιον in C. J. Cæfarem:

*Daphnis ego in silvis hinc usque ad sidera  
notus,*

*Formosi pecoris custos formosior ipse.* t)

Lucem ergo hinc aliquam accipiunt loca novi fœderis illa, quibus cœtus Christiani rectores, curatores doctoresque *pastorum* vocabulo nuncupantur. Ceterum interpretationem formulæ, abhuc propositam declaratamque, suo etiam calculo approbat Judæus doctissimus sagacissimus-  
que, R. ISAAC A BARBANEL:  
שָׁחוֹת אֲבִיר וְגַדּוֹל הָנָשִׁים הַמְמֻנוֹת עַל הָעֵם  
וְהַם הַנְּקָרָאִים רֹועִים לֹא רֹועִי צָאן וּבְקָרְכִי  
אָס רֹועִי הָעֵם וְלֹזֶה נָאֵר אַחֲרֵי זֶה וַיַּעֲנֵן דָּוָגָן  
הַאֲרוֹמִי וְהָאָנָצֵב עַל עֲבָרִי שָׁאָל שָׁחוֹת מְמוֹנָה  
עַל עֲבָרִי הַמֶּלֶךְ וְהָאָיָרָה שְׁלָא וְהָרָועָה מְקָנָה  
וְכֵן אָחֶזְדָּל בְּמָוֶרֶשׁ תְּהִלִּים שָׁחוֹת אָב בֵּית רַיִן  
*Mea, ait, sententia Doegus dignitatem re-  
nuit præcipuam inter viros, qui præfecti es-  
sent populo. Hi scilicet pastores vocantur,*  
non

s) SVETONIUS in Tiberio c. XXXII. Cf. ibi CASAVBONVM.

t) Ecloga V, v. 43. Vide ibi SERVIVM, qui ad Cæfarem hæc pertinere observat.

*non ovium aut boum, sed populi. Atque idcirco dicitur postea: Respondit Doegus Adomæus, præterat vero is servis Sauli; quibus indicatur, præfectum illum fuisse ministris Regis. Hoc vero ipsum docet, quod non fuerit pastor pecoris. Doctores nostri p.m.in Expositione allegorica Psalmorum, fuisse ajunt Synedrii Propræsidem.*

## §. V.

Versabatur autem Doegus, cuius originem atque dignitatem adhuc explicavimus, tunc, cum de victu armisque sibi suppeditandis Davides cum Achimelecho ageret, *לפנֵי יְהוָה*, coram Jehova. Quæ formula, u) cum de locis sermo est, ubi tabernaculum extitit, constanter indicat, degisse aliquem, vel actum quid fuisse vel intra ipsum tabernaculum, vel certe ante illud, in atrio, quo tabernaculum erat circumdata. De tabernaculo ipso non est, cur hic quis cogitet, quia Doe-gus generis non fuit sacerdotalis, ideoque in Sanctuarium intromitti haud potuit. Subsistendum igitur ei fuit in atrio, in quo & collocutos fuisse Davidem & Achimelechum ex eo apparet, quod Achimelechus indice digito Davidi gladium monstravit Goliathi, suspensum quidem iuxta epomidem pontifi-

P 5

ca-

u) Vide sis quæ de illa observavimus Parte IX. Obs. V. §. VI.

calem. Nam ut hæc, ita ille quoque in loco servabatur sacro, juxta introitum, ut opinor, qua adibatur in Sanctum, in memoriam facinoris præclari, a Davide editi, perpetuam. Quemadmodum & postea in templo ἀναθήματα, sive *donaria*, suspenidi sueverunt juxta portam Sancti, in pronao. חרב גלית הפלשתי. אשר חכרת בעמק והאלת הנה הוא לוטה. בשמלה אחריו האפור אט אותה תקח לך קח כי אין אחרת זולתה בה Achimelechus, x) *gladius Goliathi, Philistei, quem occidisti in valle quercreti.* En illum velamento involutum, pone epomidem. Si illum vis capere, capito. Nullus enim hic, (in loco sacro) præter eum, aliis est. In locum igitur quendam arrii quum tese abdidisset Doegus, auribus accipere facile poterat sermones, quos cum Achimelecho misceret Davides.

## §. VI.

Cavisset sibi procul dubio Davides ab homine, si vel, quod istic loci tunc ageret, habuisset cognitum, vel cernere etiam illum potuisset. Sed cernere non poterat, quoniam erat נער, vel עצורה, *conclusus*. homo proprie dicitur in loco versans clauso, exponiturque suis locis recte de eo, qui in carcerem est conjectus. Aptavit hanc significatio-

x) 1. Sam. XXI, 9.

cationem huic quoque loco Jo. CLERICVS, dum vertit: *qui captivus detinebatur coram Jehova.* Quod ipse sic explicat: „Cujus custodia commissa erat Sacerdotibus, „ad Tabernaculum agentibus.“ Non capio profecto, quomodo in mentem venire potuerit viro eruditissimo, Saulum Nobam misisse hominem, quem in custodia detineri vellet, custodiamque Sacerdotibus credidisse. Nullumne igitur carcerem, quo concluderet hominem, qui quid delinquisset, sua in urbe habuit Saulus? Aut num militibus ille prorsus caruit armatis, ut necesse haberet Sacerdotibus inermibus hominis captivi probe custodiendi curam credere? Itaque rei praesenti longe magis convenit, ut vox **כעַר** de viro accipiatur, qui non per vim, sed sua sponte conclusus degit in loco sacro. Neque enim caruit tabernaculi atrium locis ejusmodi, intra quae concludere se quis possit hominumque conspectui subtrahere. Instructum certe his fuit iis in urbibus, ubi eo consilio, ut per annos multos ibidem consisteret, erectum fuerat tabernaculum: non minus ac postea templi atria conclavia habuerunt varia, rebus sacris asservandis, & sacerdotum aliorumque commorationi inservientia. Illa vero tabernaculi utrum lapidea fuerint, an, quod natura tabernaculi videtur congruentius, ex afferibus com-

pa-

pacta, aut mera etiam tentoria, non definio. Sufficit extitisse in atrio cellulas, quæ cœnaculorum, cubiculorum, culinarumque præstarent usum. Legimus enim in historia Samuelis, y) Elim pontificem, hujusque famulum Samuelem, dormivisse בְּרִיכָל יְהוָה in palatio, sive æde Jehovæ, i. e. in tabernaculo. Quod non nisi de atrio intelligi potest, nam in tabernaculo ipso nemini dormire fas erat. Porro sacrificia offerentes carnes sacras in atrio tabernaculi tunc temporis elixabant, z) quod in loco factum esse aperto non est probabile.

### §. VII.

In uno igitur horum conclave, vel, si mavis, tentiorum versatus est Doegus : Versatus autem est sacrorum caussa. Ponamus lepra antea infectum fuisse hominem, lustrandum vero tunc cœrimonii usitatis; & oportuit lare eum, vi Legis, a) in atrio comparere, ut victimas lustrales, simul cum oblationibus reliquis, ad lustrationem necessariis, sacerdoti exhiberet. Ac si isto iam tempore consuetudo ea inter Hebreos viguit, quam stante templo servatam fuisse Magistri Judæorum perhibent, ut leprosus mundatus die octavo, quo sacrificia offerenda

y) 2. Sam. III, 3. sqq.  
a) Levit. XIV, II.

z) 1. Sam. II, 13. sqq.

da pro ipso erant, corpus in loco sacro de-nuo ablueret, debuit utique Doegus hujus lotionis caufsa, quam in loco patente fieri indecorum fuisset, in conclave aliquod atrii sese recipere. Viguisse autem jam tum, quem modo diximus, morem non est improbabile, quia Hebraeos lotionum crebriorum in sacris ab antiquissimo jam tempore longe amantis-simos fuisse constat, atque studiosissimos. In templo corielave huic ului peculiare de-stinatum fuit, in angulo atrii mulierum, in occasum septentrionemque spectante, b) ex-structum. Mischnici : c) בְּוֹם הַשְׁמִינִי ( ) המצויר טבל בלבשת המצורעים בא ועמדו בשער נכנור. *Die octavo leprosus* (qui fuit talis) immergit sese corporis lavandi caufsa, in conclavi leprosorum; deinde in porta con-sistit Nicanoris, ut lustretur ibi penitus. Mai-monides, postquam eadem tradidisset, ratio-nem etiam subjungit lotionis die octavo susci-pienda: d) ומפני מה טובל בשミニ אחר שטבל ( ) מאמש מפני שהיה גצל בטומאה ביום חלותו ואינו נזהר משות טומאה ושם נטמא אחר שטבל לפיקר טובל בשミニ בעזרת הנשים בלבד בלבשת המצורעים שם אפ על פי שלא הסית רענו

b) V. *Middoth.* c. II. §. V.c) In *Negaim.* Cap. XIV. §. VIII.d) In *Hilchot mechüsse capparæ* c. IV. §. I. Cf. R.

OBAD. de Bartenora ad locum Mischnæ cit.

רשות. Quid ita vero pridie lotus (leprosus) lavabat etiam octavo die? Quia enim per quos dies certa fuerat ejus lues, impuritatis assuefactus inquinamentum non tanto opere vitabat: ita post lavationem fortean erat etiam temeratus: ea de re in atrio mulierum in leproorum conclavi, quod ibi paratum erat, octavo die rursus lavabat; et iam si cogitationem a priori lavatione non a vocarat. Vere igitur scripit CONSTANTI<sup>L</sup>' EMPEREV<sup>R</sup>: „Conclave (atrii feminarum) tertium dicitur leproorum, quia ibi dem a lepra liberati se abluebant, antequam in atrium interius se reciperent. Judai enim praeter ea, quae Levit. cap. XIV. de abluendis lepra sanatis Dei auctoritate sanctiuntur, etiam exigebant, ut quamvis isti die septimo ex lege Levit. XIV, 9. abluti essent, denuo lavarentur ipso die octavo, antequam proprius ad templum accederent: ubi Sacerdos de sanguine reatus accipiens imponebat insimæ auriculæ dextræ, pollici manus dextræ & pollici pedi dextri ejus, qui purgabatur; similiter quoque utriusque pollici imponebat oleum. Istam ablutionem octavi diei ipsis non assingi, sed vera legibus recentioribus sanctam fuisse fatebitur, quicunque R. Hobadiæ & Schemajæ commentaria in nostram הרכה con stu-

e) In annot. ad Middoth c. II. sect. V. n. 5.

„tulerit.“ Sed nolo quidem acrius contendere, ritum lotionis, die lustrationis octavo a leproso in loco sacro peragendæ, Davidis jam tempore usu fuisse receptum. Suppetit enim aliud, ex quo evinci queat, hominem leprosum, ipso illo die, quo sacrificia prolese offerri curaverat, in conclavi quodam versatum esse atrii. Non solebat scilicet lustratione sua defungi leprosus, absque sacrificio quodam eucharistico, quo gratias Deo persolveret de sanitate recuperata. Hujus autem sacrificii carnes in loco coquendæ erant sacro, seu in conclavi quodam atrii, quod foco instructum esset, usumque præstaret culinæ. Ex quo more, quem, nisi cum res familiaris angustior obstat, perpetuo, & ab omnibus observatum Hebraeorum in gente fuisse arbitramur, rationem arcessit R. JACOB JVDA LEO f), cur atrium templi, de quo actum modo est, ex leprosis nomen acceperit. „Cella, sic loquitur ex versione „Jo. SAVBERTI, in angulo inter septen- „trionem & occidentem dicebatur *cella le- „prosorum*, propterea quod leprosi, post- „quam mundati essent a lepra, cum venirent „ad templum, obtulerint ibi sacrificia sua, „atque coixerint ea (eucharistica) in ollis su- „per tripodibus præparatis in templo cir- „cumcirca.

## §.VIII.

f) *De templo Hierosol. I. II. c. VI. §. 38.*

## §. VIII.

Quod si vero cui forte displiceat, leprosum a nobis fingi Doegum, sumere forsitan licebit Naziræum fuisse, votique sui tunc absolvendum. Oportuit ergo illum in conclave quodam sacro carnes elixare sacrificii eucharistici, capillosque detonsos ollæ submittere, ex præscripto Legis g). Cujus rei caussa in templo postea conclave structum fuit peculiare, in angulo atrii mulierum euro-australi, nomen **לשכת הנזירות** *conclavis Naziræorum* inde consecutum. Mischnici de eo : h) וּרׂוּמִית מְזוּחָתָה הִיא חַיָּת **לשכת** ( *conclavis* Naziræorum ; quod ibi Naziræi eucharistica sua coquerebant, & capillos suos detonderebant, eosque ollæ submittabant.

## §. IX.

Sin autem neque hæc probetur ratio, ad sacrificia confugimus eucharistica, quacunque demum de caussa oblata. Quemadmodum enim, stante templo, carnes sacrificii sanguinis in culina aliqua templi elixari solebant ab offerentibus, & in cœnaculo quodam

g) Num. VI, 18.

h) In *Middoth* Cap. II. §. V. Vid. ibi l. **EMPEREV.**

dam atrii comedì ; nisi, ut contingere facile poterat diebus festis solennioribus, multitudo offerentes cogeret coquere carnes, eisdemque vesci, in urbe, extra templum : ita quoque antea , durante adhuc tabernaculo, factitatum fuisse, i. Sam. II, 13. sqq. res circumstantes suadent ut credamus. Culinam igitur & cœnaculum aliquod habuisse oportet atrium tabernaculi , ubi coctioni operam dare , & epulum sacrum instruere possent offerentes. Ac eo quidem inclinare etiam videtur ABARBANEL , quando היה נצער והוא שם ללבוח עם אנשי־  
לפני יהוה כי בא שם ללבוח עם אחרים וילכו האנשים לרוכס וישאר הוא אחרים ללבוח או לחתפלו. *Conclusus*, inquit, dicitur Doegus coram Iehova , quia, cum accessisset istuc, faciendæ rei sacræ causa, cum viris aliis, atque hi domum redissent, ille remansit solus, precandi caussa, vel ut alia insuper sacrificia (salutaria) offerret.

## OBSERVATIO V.

DE TEMPORE, QVO APO-  
CALYPSIS, AC SPECIATIM ILLA  
CAP. XVII. JOHANNI OBTIGIT.

Ad Apocal. XVII, 9, 10.

Ἄι ἐπτὰ κεφαλαὶ , ὅη ἐισὶν ἐπτὰ , ὅπε ἡ γυνὴ κάθηται ἐπ ἀντῶν· ναὶ βασιλεῖς ἐπτά ἐισιν . Οἱ

Pars X.

Q

πέν-

πέντε ἐπεσταν, καὶ ὁ εἰς ἐσιν, ὁ ἄλλος ἐπω θλῆς,  
καὶ ὅταν ἐλθῃ ὀλίγον αὐτὸν δῖ μεῖναι.

Septem capita, montes sunt septem, quibus  
mulier insidet; Reges septem sunt. Quin-  
que eorum ceciderunt, unus vero est, alter  
(extremus omnium) nondum venit. Quum  
autem venerit, oportet illum breve tempus  
manere.

### CONSPECTVS.

De etate factæ Johanni apocalypseos diversum sen-  
tiunt viri eruditæ. Aliqui enim revelationem hanc  
Johanni obtigisse existimant annis imperii Domi-  
tiani extremis, sub finem seculi a C. N. primi; alii  
vero ad etatem partim Claudii, partim etiam Fl.  
Vespasiani illam referunt. §. I. Nostra sententia  
visiones Johanni omnes non simul, aut uno eodem  
que obtigere tempore; sed per intervalla singula,   
ut prophetis V. T. Aliqua Claudianis temporibus  
seriores esse possunt; aliae vero in ipsa illa tempo-  
ra, vel in ea certe, que excidium præcesserunt Hiero-  
solymitanum, incidere. Visio quinta, ad quam  
caput pertinet XVII. temporis notam habet insi-  
tam. §. II. Visionis cap. XVII. exhibita enarratio.  
Oblata illa fuit imperante sexto ex Regibus  
septem, qui in historia querendi sunt Judaica.  
Agitur enim de rebus Judæorum. Vrbs magna  
Hierosolyma est. Interpreti Apocalypseos sem-  
per attendendum ad illud ἐν τάξει. §. III. Reip.  
Judaicæ regimen seculo illius extremo Reges ad-  
ministrarunt septem, familie Herodianæ, qui  
recensentur. Herodis Magni, qui eorum primus  
est, regnum, post mortem ejus inter, filios Ar-  
chela-

chelaum, Philippum & Herodem Antipam divi-  
sum fuit. Tribui commode potest singulis titulus  
βασιλέως. §. IV. Post hos regno Iudeæ universo  
potitus est Agrippas Major, hostis Christianæ re-  
ligionis infensissimus; defunctus anno imperii Clau-  
diani quarto incunite. §. V. Eo mortuo, potestas  
templi & aerarii sacri, ac jus creandi pontifices,  
fratri ejusdem, Herodi, concessa sunt, Chalcidis  
Regi, quem magno in honore habuit Claudius.  
Fruitus vero illis per annos tantum quatuor est,  
intra quos visio ista Johanni videtur oblata. §. VI.  
Rex septimus, qui tunc nondum venerat, Agrip-  
pas junior est, rex Iudeorum ultimus, cui Clau-  
dius regnum potestatemque patrui soncessit. Nero  
ditionem ejus auxit. Pontifices ille creavit plures.  
Sed non exercuit potestatem hanc, nisi per annos  
XVII. quibus elapsis bellum exitiale adversus Ro-  
manos exortum. Anni illi XVII. sunt tempus il-  
lud breve, quo mansurus esset rex septimus, ratio-  
ne habita potestatis summae in Iudeorum sacra.  
Diu tamen postea supersuit Agrippas. §. VII.  
Be-  
fia, quæ octava, & tamen ex septem illis esse di-  
citur, respublica Iudeorum est, cuius vel civilia  
& sacra simul, vel sacra tantum moderati sunt  
Reges septem, ante recensiti. §. VIII. Decem illi,  
qui potestatem habituri sint regiæ similem, decem  
cornubus effigiati, partim pontifices sunt, partim  
Synedrii præsides. §. IX.

## §. I.

**V**T quid de tempore, quo Johanni obti-  
gerit apocalypsis, & in litteras ab eodem  
sit relata, adhuc senserint viri docti, in limi-  
ne statim lectori appareat, exponemus eo-

Q 2

rum

rum sententias in compendio verbis concinnis CAMP EGII VIT RINGA, a) commentatoris celeberrimi, qui palmani omnibus præripuisse, plerisque viſus est. „Antiquissima, inquit, Ecclesiæ traditio apud „Irenæum b) & Eusebium c) habet, hanc „revelationem Joanni obtigisse, ultimis im- „perii Domitianæ, ad finem decurrente pri- „mo Christianismi seculo. In qua senten- „tia Doctores Christianismi passim acquie- „verunt. Illustris tamen vir, Hugo Grotius, „& qui illum sequi solet, Hammondus, & Jo- „annes Lightfootus quoque, cum paucis for- „ste aliis illorum sequacibus, hic dissentunt. „Statuunt enim illi, Apocalypsin hanc Joan- „ni obtigisse ante calamitatem, Judææ rei- „publicæ illatam per Romanos: & hanc qui- „dem hypothesin inter se communem ha- „bent, eti in partes rursus distrahuntur, eam „exposituri. Et quidem Grotius d) atque „Hammondus e) existimant, revelationem „hanc Joanni nec uno in loco, nec uno et- „iam tempore factam. Priorem apocalypsis „partem referunt ad tempora Imperatoris „Claudii, posteriorem ad Vespasiani. Priora „Joan-

a) In *Anacrisi Apocal.* ad C. I. v. 2. p. 6.

b) *De Hæref.* I. V. c. L.

c) *Hist. Eccles.* I. III. C. XXIII.

d) *Commentar.* ad v. 9. c. I.

e) In *præfat.* ad *Apoc.*

„Joannem vidisse in *insula Patmo*, in quam  
 „a Claudio relegatus fuerat, ut traditio Epi-  
 „phanii habet in *Alogis*, posteriora, quæ be-  
 „stia in ejusque interitum spectant, *Ephesi*.  
 „Lightfootus in genere censet, apocalypsin  
 „hanc editam esse ante novissimum Hiero-  
 „solymorum excidium. Et certe, si Joan-  
 „nes hanc revelationem vere a Christo Jesu  
 „accepisset sub Claudio; magna cum spe-  
 „cie negari non posset doctissimis his viris,  
 „quædam *sigillorum* visa ad fata Judaismi  
 „non adeo incommodè applicari posse.,„  
 Liquet igitur ex his, interpretes de ætate fa-  
 ctæ conscriptæque apocalypses Johanneæ  
 in partes potissimum duas discedere. Aliqui  
 enim, & plerique quidem, tum revelationem  
 tum scriptiōnem ad tempora extrema Do-  
 mitiani, qui rebus Romanorum ab anno  
 Christi LXXXI ad annum usque XCVI, sum-  
 mo cum imperio, præfuit; alii vero utram-  
 que ad ætatem referunt partim Claudii, pe-  
 nes quem summa rerum ab a. C. XLI usque  
 ad a. LIV fuit, partim vero Fl. Vespasiani, qui  
 inde ab a. C. LXIX. usque ad a. LXXIX. im-  
 peravit. Quam sententiam posteriorem re-  
 tellendam sibi sumfere modo laudatus VI-  
 TRINGA f) & DE BEAVSOBRE, g) ra-  
 tio-

Q 3

f) Loco cit.

g) In *Preface sur l'Apocalypse de Saint Jean p  
612. seqq.*

tionibus tamen, ut mihi videtur, usi non sat  
tis validis gravibusque.

## §. II.

Mea opinione visiones illæ septem (tot  
enim numerari solent) quæ Apocalypseos  
libro comprehenduntur, Johanni non uno  
eodemque tempore obtigere omnes, sed  
per intervalla modo hæc modo illa, ut eo  
facilius memoria retinere posset quæ pate-  
facta ipsi fuissent divinitus, & in litteras ac-  
curate referre. Accidit ergo Johanni, quod  
prophetis Veteris Testamenti compluribus,  
e. c. Esaiæ, Ezechieli, Danieli, quibus sane  
visa divina temporibus oblata sunt diversissi-  
mis. Concedendum igitur puto, esse in  
vaticiniis Johannis aliqua Claudianis tempo-  
ribus inferiora, modo non negetur, alia, ac  
fortasse pleraque, imperante Claudio, vel  
ante Hierosolymorum certe excidium, fuis-  
se edita. Non ero nunc sollicitus de ætate vi-  
sionum singularum; sed in ejus tantum, quæ  
quinto loco vulgo ponitur, & capita com-  
plectitur quinque, h) partem aliquam, capite  
XVII. propositam, cum cura aliqua inquiram.  
Habet autem illa, ut pleræque aliæ, notam  
quandam insitam, ex qua, quo tempore  
fuerit exhibita, queat conjici.

## §. III.

h) Videl. XV. XVI. XVII. XVIII. & XIX.

## §. III.

Repræsentata Johanni fuerat mulier, bestiæ insidens coccino instrata, & cornua habenti septem, capita decem: amicta quidem veste purpurea & coccinea, auro, lapidibus pretiosis atque margaritis distincta: manu tenens poculum aureum, rebus abominandis & impuris plenum: in fronte *Babylonis magnæ nomen præferens: ebria sanguine testium Jesu sanctorum. Quod spectaculum cum miratus esset Johannes, Angelus ei, quid miraris, inquit? Explicabo tibi mysterium mulieris, & bestiæ eam portantiss; instructæ quidem capitibus septem & cornubus decem. Pergit: Septem capita septem montes sunt, super quos sedet mulier. Et REGES SEPTEM sunt: QVINQUE CECIDERUNT, VNVS EST, ET ALTER NON DVM VENIT.* Indicio hic significatur clarissimo, factam hanc revelationem Johanni esse tali tempore, quo in certa quadam republica ex regibus septem, illam gubernantibus, quinque cecidissent, sive decessissent, unus vero imperium in præsenti teneret, successorem habiturus septimum, eumque per breve tempus mansurum. Quodsi igitur in historia Judaica tempestas aliqua reperiiri possit, cui characteres illi congruant; hæc sane, coniectura probabili, illa ipsa erit, qua visio ante memorata Johanni obtigit. Historiam

Q 4

vero

vero requiro Judaicam, quia de rebus hic agitur ad gentem Judæorum pertinentibus. Neque enim *urbs illa magna*, quam per mulierem bestiæ insidentem significari ait Angelus, de alia quadam exponi potest commodius, quam de illa Hierosolymorum. Conveniunt enim huic optime montes septem, sicuti alias ostendimus, i) conveniunt etiam *Babylonis, Sodomæ & Ægypti* nomina, k) quod incolæ eius moribus essent non melioribus, quam fuissent olim Sodomæ, l) & Christianos æque graviter affligerent, ac Israelitas olim affixissent Ægyptii atque Babylonii; convenit vero illud maxime quod de urbe magna eadem dicitur alibi, m) ἡπεὶς κύριος ἡμῶν ἐταυρωθη, ubi Dominus noster cruci affixus est. Quod quæ urget necessitas, ut sensu capiamus alio, quam proprio? Si autem capiamus, quænam hæc urbs erit, præter Hierosolymam? Eo certe tempore, quo Johannes scribebat, nemo quisquam ad verba modo allata de urbe alia, quam de Hierosolyma, cogitare poterat. Non ex-

cur-

i) *Observ. philol. p. III. Obs. VI.*k) *Sodomæ & Ægypti nomine πνευματικῶς* insignitur urbs magna Apoc. XI, 8.l) Quam ipsam ob causam Elæias suo jam tempore magnates Hierosolymitanos *principes* vocat *Sodomæ*; cives vero *populum Gomorre*, C. I, v. 10.

m) Apoc. XI, 8.

curram ad alia, ut demonstrem, lucem huius visioni ex historia peti oportere Judaica. Facile enim id largituros mihi credo omnes, qui unum hoc persuasum sibi habeant, quod *sub urbe magna* Judæorum lateat metropolis, cuius ambitus tunc temporis milliarē exce-debat Germanicum: unde *magnæ cognomen* jure illi addi poterat. Id tamen admix-nendum duco, esse interpreti apocalypses commendatissimum debere, semperque attendendum, quod in ipso libri exordio studiose inculcat Johannes, n<sup>o</sup>) *indicari* hic, quæ fieri oporteat **CITO**, sive eventura sint brevi, ē *τάχει*; item: *tempus* eventus **PRO-PINQVVM** esse, ὁ καιρὸς ἐγγύς. Hoc enim ad animum diligenter si revocaverit interpres, non quærenda judicabit in renuentis, quæ inveniri poterunt in propinquis.

## §. IV.

Quodsi jam reipublicæ Judaicæ regimen seculo illius extremo circumspiciamus, administratum illud deprehendemus, vel ex toto, vel ex parte saltem, a Regibus septem, familiae quidem Herodianæ, quorum en nomina: (1) *Herodes magnus*. (2) *Archelaus*. (3) *Philippus*. (4) *Antipas*. (5) *Agrippas major*. (6) *Herodes*. (7) *Agrippas minor*. De Herode Magno nemini esse potest dubium,

Q. 5

eum

n<sup>o</sup>) Cap. I, v. l. & 3.

eu[m] cum titulo Regis, summoque cum imperio, rempublicam Judæorum universam esse moderatum, atque regionem Judaicam omnem, cis & trans Jordanem, sibi habuisse subjectam. Successere ei filii tres, *Archelaus, Philippus & Antipas*, quos inter regnum Herodis M. divisum fuit. Quomodo autem divisum fuerit, luculenter docet JOSEPHVS: ο) Καὶ σαρξ ὀλίγον ἡμερῶν ὑπερέσυν Αρχέλαον βασιλέα εἰς ἀποφάνεται, τῷ δὲ ἡμίσεως τῆς χώρας, ἥπερ Ηέρωδη ὑπετέλει, ἐθνάξχην καθίσταται τιμήσειν ἀξιόματι βασιλείας ὑπιχνύμενος, εἴπει τὴν πρὸς αὐτὴν αὔρετὴν προσφέροιτο. Τὴν δὲ ἔτεραν ἡμίσειαν νέιμας διχῇ δυσὶν Ηέρωδος παισὶν ἐτέροις παρεδίδῃ, Φιλίππῳ καὶ Αντίπᾳ, τῷ πρὸς Αρχέλαον ἀδελφὸν ἀμφισβητήσαντι περὶ τῆς ὄλης σφραγῖς. Καὶ τῷτῷ μὲν ἦτε Περσαῖσ, καὶ τῷ Γαλιλαϊον, ὑπετέλευτῳ Φορά τε ἦν, τάλαντα διαμόσια τὸ ἐπ' ἔτος. Βαταναῖα δὲ σὺν Τραχανίτιδι, καὶ Αρανίτις σύν τινι μέρει ὅπις τῷ Σηνοδώρῳ λεγομένῳ, Φιλίππῳ τάλαντα ἕκατον προσέφερε· τὰ δὲ Αρχέλαῳ συντελεῦντα Ιδμαῖα τε καὶ Ιεδαῖα, τό τε Σαμαρειτικὸν τετάρτῳ μέρεις ἔτοι τῶν Φόρων παραλέλυντο, Κάισαρος αὐτοῖς ιάθισιν Ψηφισαμένῳ, εἰδὼ τὸ μὴ συναποσῆναι τῇ λοιπῇ πληθυῇ. Καὶ

ησαν

ο) *Antiqu. Jud.* I. XVII. c. XI. §. IV.

ησαν πόλεις ἀὶ Αρχελάῳ ὑπετέλευτη, Στράτωνός τε  
πύργος, καὶ Σεβασὴ σὺν Ιόππῃ καὶ ιεροσολύμοις.  
Γάζα γὰρ καὶ Γάδαρα καὶ ίππος Ἐλληνίδες ἔσται  
πόλεις, ἃς απορρήξας ἀυτῷ διοικήσεως Συρίας προσ-  
θήνη ποιεῖται· προσήνει δὲ Αρχελάῳ Φορᾶ χει-  
μάτων τὸ κατ' ενίσιτον ἐις τάλαντα ἔξαπόσια, ἐξ  
ῆς παρέλαβεν ἀρχῆς. Cæsar (Augustus) ali-  
quot post diebus Archelaum quidem regem  
non declarat, sed ejus ditionis, quæ Herodi  
erat subjecta, in partem dimidiām ipsum con-  
stituit Ethnarcham; pollicitus regij nominis  
honorem, si dignam rege virtutem præstis-  
set. Alteram vero partem dimidiām in duas  
partitus, reliquis duobus Herodis filiis divi-  
sit, Philippo & Antipæ, qui cum fratre Ar-  
chelao de toto regno contenderat. Et huic  
quidem paruit Trans-jordanensis ager &  
Galilæa, quæ ei quotannis ducenta talenta  
penitabant. Batanea vero cum Trachoni-  
tide, & Auranitis, cum parte quadam Ze-  
nodori, ut appellabatur, domus, Philippo da-  
ta, ei talenta centum reddebant: Archelao  
autem tributæ erant. Idumæa & Iudea &  
Samaria, quarta vœctigalium parte condo-  
nata Samaritanis, Cæsaris decreto onere le-  
vatis, quod cum ceteris non rebellassent. Fue-  
runtque Archelao subiectæ urbes Stratonis  
turris & Sebaste, Joppe & Hierosolyma.  
Nam Gaza & Gadara & Hippo fuere Græ-

cæ

ce civitates, quas ab ejus dioecesi avulsa  
Syriae adjungit Cæsar. Archelao autem ex  
suo principatu quotannis redibant sexcenta  
talenta. Ad Archelaum speciatim quod at-  
tinget, negat quidem Josephus Regis titulum  
concessum ei fuisse ab Augusto; at nihilo  
tamen minus βασιλεὺς ille dici poterat, quia  
vox ista apud Græcos multo patet latius,  
quam apud Latinos Regis vocabulum. Qua-  
propter & βασιλέων apud Matthæum p.) di-  
citur Archelaus. Eadem ratione Philippus  
quoque & Antipas vocari poterant βασιλεῖς,  
licet regio carente titulo, dicerenturque  
vulgo tetrarchæ. Josephus certe non du-  
bitavit Philippi ditionem βασιλείαν appella-  
re. q) Claudiū enim ait Imperatorem  
Αγρίππαν ἐκ τῆς χαλκίδος ἐις μεζονα βΑΣΙΛΕΙΑΝ  
μεταθῆναι, δόντα αὐτῷ τὴν φιλίππην γενομένην τε-  
τραεχίαν, Agrippam ex Chalcide in REGNUM  
transstulisse amplius, donata ei tetrarchia,  
quaē Philippi fuerat antea. Antipam vero  
Matthæus r) atque Marcus, s) Evangelistæ,  
diserte Κασιλίως titulo mactant. Qua de re  
nolo hic repetere, quaē alio loco t) jam sunt  
dicta.

## §. V.

p) Cap. II. v. 22.

q) De bello Jud. I. II. c. XII. §. VIII.

r) Cap. XIV, v. 9.

s) Cap. VI, v. 14.

t) Observ. Philol. p. IX. Obs. IV. §. II.

## §. V.

Philippo & Antipa vita functis, tetrarchiam utriusque, simul cum *Regis* titulo, Agrippas obtinuit, cognomento *Major*, Herodis Magni ex Aristobulo nepos, cuius sororem germanam, Herodiadem, in matrimonio habuerat Antipas. Is quum gratia apud Claudium valeret singulari, facile ab eo impetravit, ut terrarchiis illis Judææ quoque & Samariæ regnum adjiceretur. Quo facto ditionem ille habuit ampliorem, quam habuerat avus, Herodes Magnus. In antistitibus Christianæ disciplinæ e medio tollendis, totaque religione extirpanda, quantum posuerit studium, alia jam occasione copiosius explicavimus. u) Sed occupavit eum mors, priusquam conata in hoc genere sua posset perficere. Enectus enim exquisitissimis cruciatibus fuit anno imperii septimo, postquam annos regni quatuor sub Cajo Cæsare, tres vero reliquos sub Claudio exegerat.

## §. VI.

Reges ergo habemus quinque, qui tunc, cum viro memorata Johanni objiceretur, jam decesserant: in medium nunc prodeat textus. *Herodes* is est, Agrippæ majoris frater, idemque simul gener. Nam Berenice, Agrippæ filiam, matrimonio sibi junxit.

rat

u) P. IX. Obs. II. §. VII.

rat. Huic Agrippas a Claudio regnum impetraverat Chalcidis, x) regionis in Syriae mediterraneis fertilissimæ, caput habentis urbem Chalcidem. y) Ex quo ille Rex Chalcidis dici suevit. Agrippa vero mortuo, auctus fuit a Claudio potestate templi & ærarii sacri, jure item creandi pontifices JOSEPHVS: z) Ητίστατο δὲ καὶ Ήρώδης, ὁ αδελφὸς μὲν Αγρίππε τῷ τετελευτηκότος, Χαλκίδος δὲ τὴν αὐχὴν κατὰ τὸν χρόνον ἐκεῖνον πεπιστευμένος, κλάυδιον Καίσαρα τὴν ἐξουσίαν τῷ νεῷ, καὶ τῶν ιερῶν χρημάτων, καὶ τὴν τῶν αὐχιερέων χειροτονίαν, πάντων τε ἐπέτυχεν ἐξ ἐκείνων τε πᾶσι τοῖς απογόνοις αὐτῷ παρέμεινεν ἡ ἐξουσία μέχει τῆς τῷ πολέμῳ τελευτῆς. Καὶ δὴ καὶ Ήρώδης μεθίσπι τῆς αὐχιερωσύνης τὸν ἐπικαλύμμενον Κανθηρὰν Ιωσήπῳ τῷ τῷ Καμεὶ ἀντ' ἐκείνων τὴν διαδοχὴν τῆς τιμῆς παραχρόμενος. *Quin & Herodes, Agrippæ quidem defuncti frater, cui vero illo tempore commissus erat Chalcidis principatus, petiit a Claudio Cæsare templi potestatem sacræque pecuniæ, ut & ius creandi summos pontificess atque hæc omnia a Cæsare impetravit: adeo etiam,*

x) JOSEPHVS *Ant. Jud.* I. XIX. c. V. §. I.

y) CELLARIUS in *Notit. orbis antiqui* T. II. p. 421.

z) *Antiqu. Jud.* I. XX. c. I. §. III.

etiam, ut ab illo omnibus ejus posteris a) ea potestas usque ad belli exitum manserit. Igitur & Herodes a sacerdorio submovit Cantheram ita appellatum, fecitque, ut Josephus Cami filius ejus in locum & honorem succederet. Neque enim minori, quam frater Agrippas, apud Claudium Cæsarem gratia flouruit Herodes. Cujus significatio data ei fuit luculenta, quando ipsi dignitatem prætoriam tribuit Claudius, & in Senatum ingredi permisit. DIO CASSIVS : b) τῷ γὰρ Αγρίππᾳ Παλαιστινῷ συμπεράξαντι ὁ τὴν ἡγεμονίαν, τὴν τε ἀρχὴν προσεπήνεξ, καὶ τιμᾶς ὑπατικᾶς ἔνεικη, τῷ τε ἀδελφῷ αὐτῷ Ἡέωδῃ τὸ τε σρατηγικὸν ἀξίωμα, καὶ δυναστίαν τινὰ ἔδωκε, καὶ εἰς τε τὸ συνέδριον ἐσελθεῖν σφίσι, καὶ χάρειν ὁι ἐλληνιστὶ γνῶναι ἐπέτρεψε. Agrippæ, qui se in potiundo principatu adjuverat, Palæstino, regnum auxit, honores consulares tribuit, fratrique ejus Herodi prætoriam dignitatem & principatum quendam concessit : in Senatumque integr-

- 
- a) Si vere posuit ipsius Josephi manus vocem τοῖς ἀπογόνοις, posteris, scriptum hoc ab eo est incogitantius. Neque enim Herodis posteri, sed Agrippas minor, majoris filius, ab Herodis obitu curam templi & jus pontificem creandi consecutus est, sicuti ipse postea refert Josephus in ipsis his originum libris, & in illis de bello Jud.
- b) Hist. Rom. I, LX. p. m. 409.

gredi eos, ac gratias sibi Graece agere permisit. Hinc & in litteris, ad Senatum populumque Judaicum scriptis, Herodem hunc περίτισον καὶ ἐαυτῷ τίμιον, optimum sibique carissimum vocavit Claudius. c) Jure pontifices constituendi usque adeo usus noster est, ut intra breve tempus pontificibus duobus dignitatem abrogarit, novosque illis substituerit. Statim enim sub initium potestatis Cantheræ amoto Josephum surrogavit, Kamni filium, atque huic rursus Ananiam, Nedebari filium. d) Ex quo quanta ejus in rebus Judæorum sacris fuerit auctoritas, satis cognoscitur. Sed diuturna hæc ei non fuit, quum vivere desierit anno octavo, ex quo Claudius imperare cœperat. JOSEPHVS: e) Τελευτὴ τὸν βίον Ἡρώδης, ὁ τῇ μεγάλῃ βασιλέως λγεῖπα αἰδελφὸς, ὄγδοῳ τῆς Κλαυδίας Καίσαρος ἀρχῆς ἔτει, καταλιπὼν τρεῖς υἱὸς, Αριστόβριλον μὲν, ὑπὸ τῆς περώτης αὐτῷ τεχθέντα γυναικός, ἐκ Βερνίκαιος δὲ, τῆς ταδελφῆς θυγατρὸς, Βερνίκαιον καὶ Τεκνανον. Herodes, Agrippæ Magni regis frater, e vita discessit anno imperii Claudi Cæsaris octavo, tribus filiis relictis, Aristobulo quidem, quem ex prima uxore, Mariamine, sus-

- 
- c) Exhibit litteras illas JOSEPHVS Ant. Jud. I. XX. c. I. §. II.  
 d) JOSEPHVS Ant. Jud. I. XX. c. I. §. III. & cap. V. §. II.  
 e) Loco cit.

*suscepérat Bereniciano vero & Hyrcano, ex Berenice fratris filia.* Itaque potestatem in sacra Judæorum supremam per annos circiter quatuor exercuit Herodes, Chalcidis Rex, quippe adeptus illam anno imperii Claudiani quarto. Atque hoc, ut equidem opinor, ipsum illud intervallum est, intra quod visio, de qua nunc quæritur, Johanni fuit oblata.

## §. VII.

Superest Regum septem ultimus, quem Angelus nondum venisse ait, ubi vero venerit, per breve tempus mansurum. Atque hic quidem Agrippas est junior, quem diserte PHOTIVS f) ex Justo Tiberiensi, historico Judaico, ἐβδομόν vocat ἀπὸ τῆς οὐκίας Ἡρώδης, ὑπατοῦ δὲ ἐν τοῖς Ιεδαιῶν βασιλεὺσι, septimum e familia Herodis, & Regum Judaicorum postremum. Hujus in Novo etiam Testamento occurrit memoria. Est enim hic ipse ille Agrippas, qui Cæsareæ Pauli audiendi cupidum Festo, Judææ procuratori, sese ostendit, & coram quo deinceps caussam Paulus suam graviter peroravit. Adolescens is erat annorum XVII, educabaturque Romæ apud Claudiūm, cum e vivis excederet pārens, Agrippas major. Habuitque Claudiūs in animo Agrippam juniores vestigio mit-

Pars X.

R

tere,

f) Cod. XXXIII. p. 19.

g) Act. XXV, 22. XXVI, 1. sqq.

tere, ut in regnum patrium succederet. Sed dissuaserunt liberti & amici , qui plurimum apud eum poterant , dicentes , periculosum esse , admodum adolescentulo , & qui nondum ex ephebis excessisset , tantæ magnitudinis regnum committere , cum & adulto grave onus fit imperii moles. Eos igitur Cæsar verisimilia loqui existimans , Cuspium Fadum misit , qui Judææ totiusque regni præses esset : h) Μετὰ δὲ τὴν Ἡρώδῳ τελευτὴν , ὃς ἦξε τῆς Χαλιδος , καθίσησι Κλαύδιος ἐις τὴν βασιλείαν τῷ θείῳ τὸν Αγείππαν υἱὸν Αγείππα . τῆς δὲ ἄλλης ἐπαρχίας διαδέχεται τὴν ἐπιτροπὴν ἀπὸ Αλεξάνδρου Κύμανος , ἐφ' ὃ Θόρυβοι τε ἤξαντο , καὶ Φθορὰ πάλιν Ιεδαίων ἐγένετο . Post obitum autem Herodis , qui regnavit in Chalciде , Claudius Agrippam hunc patrui sui regno præficit : Cumanus autem alterius provinciæ curam suscipit post Alexandrum ; sub quo tumultuari cœptum est , novasque calamitates acceperunt Judæi . i) Mox vero , elapsis annis quatuor , atque imperii sui anno duodecimo completo , Agrippam Philippi tetrarchia , Trachonitide , Gaulanitide & Batanæa donavit Claudius , simul cum Abila , quæ Ly-  
sanix

h) JOSEPHVS Ant. Jud. I. XIX. c. IX. §. II.

i) Idem de bello Jud. I. II. c. XII. §. I. Cf. A. J. XX. c. V. §. II.

saniæ tetrarchia fuerat ; quamque Varus re-  
xerat ; Chalcidem vero ei abstulit , cum dy-  
nastiam illam tenuisset quadriennio. k) Post  
annos circiter duos Nero , qui Claudio suc-  
cesserat , l) anno imperii primo auxit Agrip-  
pam , adjiciens regno ejus partem quandam  
Galilææ , Tiberiadem & Taricheas : præter-  
eaque Juliada , Peræ urbem , & vicos qua-  
tuordecim , ejus in vicinia positos. m) Cum  
his vero omnibus potestas simul summa in  
templum & sacra Judæorum iadulta Agrip-  
pæ fuit . Qua potestate ille utens , vel abutens  
potius , sex constituit pontifices , Ismaelem ,  
Phabi filium , Josephum , Cabi filium , Ana-  
num , hominem sacerdotum , qui Jacobum , Jesu  
Christi fratrem , supplicio curavit affici , Je-  
sum Damæ filium , Jesum Gamalielis fi-  
lium , & Matthiam , Theophili filium , quo  
pontifice bellum inter Romanos & Judæos  
exortum est. n) Quod bellum finem etiam  
attulit imperio Agrippæ sacro . Anno enim  
imperii Neronis duodecimo , postquam lon-  
ga oratione a bello frustra dehortatus esset

R 2

Ju-

k) Idem A. J. I. XX. c. VII. §. I. & de B. J. I. II. c. XII.  
§. VIII.

l) Imperavit Claudius annos XIII, menses VIII, & dies  
XX. Jos. A. J. I. XX. c. VIII. §. I.

m) Idem loco modo cit. §. IV.

n) JOSEPHVS A. J. I. XX. c. VIII. §. VIII. & XI. c. IX.  
§. I. IV. & VII.

Judæos tumultuantes, urbe ab his ejectus, & in regnum sese suum recipere coactus est. o) Quo facto cum & legati ipsius, quos Hierosolymam miserat, mandarisque de pace Judæos inter & Romanos concilianda instruxerat, male multati ab Hierosolymitanis fuissent (alterum enim eorum, Phœbum, priusquam verbum faceret, statim interfecabant, alterum vero, Borcæum, graviter vulneraverant, ac trucidassent pariter, nisi fuga suisset elapsus) p) Agrippas tandem Romanorum sè paribus junxit, copiasque his auxiliares submittendo hostem sè Judæorum, saltem Hierosolymitanorum, manifesto declaravit. q) Itaque non duravit potestas Agrippæ regia in gentem Judæorum universam, habita sacrorum ratione, nisi per annos circiter XVII. Atque hi, ut equidem opinor, tempus illud breve sunt, quo mansurus sit rex septimus. Illud enim manere de exercitio usque intelligo potestatis regiæ, non de vita curli, quem satis longe, ad annum usque Trajani tertium, qui regni in ditione ipsi subjecta quinquagesimus primus erat, protraxit Agrippas. PHOTIVS: r) ὁ ταξέλαβε μὲν τὴν αἰχνὴν ἐπὶ Κλαυδίῳ, ἵνεζήθη δὲ ἐπὶ

Né-

o) Idem de B. J. I. II. c. XVII. §. I.

p) Id. I. cit. c. XIX. §. III.

q) Id. de B. J. I. III. c. II. §. IV. &amp; c. IV. §. II.

r) Loco supra cit.

Νέρωνος, καὶ ἔτι μᾶλλον ὑπὸ Οὐεσπασιανῆς. Τελευτὴ δὲ ἔτει τεττάρης Τραϊανῆς. *Qui* (Agrippas) *regnum sub Claudio accepit : crevit sub Neronē, ampliusque dein sub Vespasiano : obiit autem tertio Trajani anno, quo & Historiæ (Justi Tiberiensis) finis dicitur.*

## §. VIII.

Subjiciuntur nonnulla de *bestia*, quæ octauum locum impleat, simul tamen ex numero sit *septem* illorum, ac in *perniciem* abeat; porro de *cornubus decem*, quæ imaginem præbeant *Regum totidem*. Quæ, ne conjecturæ adhuc propositæ obesse videantur, paucis declarare instituam. Itaque *bestiam*, de qua dicitur: ὁ (Δημήτων) ἦν, καὶ γὰρ ἐστι, quæ erat, sed non est, rempublicam esse puto Juclaiam, quæ insigniter adhuc floruerat, sed mox disparitura erat, atque sic interitura, ut vestigium ejus vix ullum esset supersulturum. Huic, si consideraretur separatim ab ipsius Regibus, locus tribui poterat *octavus*; sin autem ut conjunctum quid cum illorum regimine, ex ipsis *septem* illis esse dici poterat; quia Reges illi singuli eam tenuerant administraverantque, vel in universum, vel ex parte: ita quidem, ut aliqui sacra ejus & cœlia omnia, ceteri vero sacra tantum civiliusque partem aliquam moderarentur.

## R 3

## §. IX.

## §. IX.

*Cornua decem, in capite bestiarum visa, Reges significare dicuntur decem, qui regnum nondum acceperint, sed potestatem, tanquam Reges, ad unam horam accepturi sint cum bestia. Per hos igitur, nisi mea me fallit conjectura, partim pontifices designantur, partim Synedrii praefides, qui hunc in modum connumerari possunt. Pontifices: (1) Ananias, Nebedæi filius, (2) Jonathas, Felicis procuratoris machinis a sicariis peremitus: constituti ambo ab Herode Chalcidis Rege s) (3) Ismael Phabi fil. (4) Josephus Cabi fil. (5) Ananus, (6) Jesus Damnæi fil. (7) Jesus Gamalielis fil. (8) Matthias Theophilii filius: quos quidem Agrippas creavit junior. t) (9) Phannias, sive Phannasius, quem seditione, tempore belli, pontificem fecere. u) (10) Praeses Synedrii unus, Rabban Simeon, R. Gamalielis filius, quem Iudæorum Historici XVIII. annis ante excidium Hierosolymorum Praefidem synedrii constitutum fuisse, & in excidio illo periisse tradunt. x) Nec obstat, quod decem illi βασις*

στάσις

s) JOSEPHVS A. J. I. XX. c. V. §. II. &amp; c. VIII. §. V.

t) Vid. supra §. VII.

u) Jo's. A. J. XX. c. X. §. I.

x) Vid. p. IX. Obs. II. §. X. &amp; XI. ubi suspicati sumus, Simeonem hunc ab Agrippa jam tum Majore Pra-

*σιλεῖς* vocantur. Nam reges proprie sic dictos non intelligi, ex eo clarum est, quod potestatem accepturi dicuntur *ὡς βασιλεῖς, regiae similem*. Talis vero utique illa pontificum erat atque praesidum Synedrii, ut pro te in quibus honos fulsit regiæ dignitati proximus, auctoritas regiæ haud multo inferior. Præterea ab usu loquendi Græcorum minime abhorret, ut penes quos potestas atque cura sacrorum suprema est, uti erat fane apud Judæorum pontifices Synedriique præfides, *βασιλεὺς* appellentur. Sic qui in Archontibus Atheniensium novem locum tenebat ordine secundum, *βασιλεὺς* vocabatur, licet partes muneric ejus præcipua in sacris procurandis sitæ essent. Danda enim ipse erat opera, ut mysteria Eleusinia, & sacra Lenæa, item Minervæ, Jovis, Apollinis, Vulcani & Promethei rite fierent. Hinc & ἐπιμελητὴς τῶν μυστηρίων, *mysteriorum procurator*, dicitur HARPOCRATIONI. γ) επιμελητὴς τῶν μυστηρίων παρ' Αθηναίοις ὁ λεγόμενος *βασιλεὺς*. Δημοσθένης κατὰ Μειδία. Αριστοτέλης

εν

Præsidem Synedrii fuisse constitutum. Quod, si vel maxime admittatur, fraudi tamen sententiæ nostræ esse non poterit, quia sufficit *τῶν δέκα*, de quibus agitur, numerum maximum post Agrippam demum Majorem potestatem suam obtinuisse.

γ) Libro de Vacibus p. 70. edit. Gronov.

ἐν Αθηναῖσιν πολιτείᾳ Φρονίν ὅτῳς ὁ δὲ βασιλεὺς πρῶτον μὲν τῶν μυστηρίων ἐπιμελεῖται μετὰ τῶν Επιμελητῶν, ὃς ὁ δῆμος ἔχειροτόνει. *Apud Athenienses idem, qui Rex vocatur, Procurator etiam dicitur mysteriorum. Demosthenes adv. Midiam.* Aristoteles vero in *Republ. Atheniensium* sic ait: *Rex primum quidem mysteria procurat, cum Curatoribus a populo constitutis.* Porro sacrificia Rex offerebat publica, pro totius reipubl. incolumentate: adibantque eum, qui impietatis, e. c. mysteriorum, templorum, aut rerum sacrarum profanatarum, alios arceſſebant, aut de sacerdotio inter ſe contendebant. Denique de controversiis gentilium & sacerdotum iudicium ſuum interponebat. Imo uxor etiam, qua ei, dum munere ſuo fungeretur, aderat, βασίλισσα, ſive *Regina* s. & locus, ubi jus dicebat, σοὶ βασιλικὴ, porticus regia, nuncupabatur. z) Non est igitur cur quis dubiret, pontifices Synedriique præſides, ad quos cura religionis ſumma pertinuit, nuncupari potuiffe βασιλεῖς. *Vna hora, qua potestate ſua, cum bestia, uſuri ſint Reges illi decem, ſive reip. Jud. præfuturi, tempus notat breve, ſpatium circiter annorum XX,*  
quod

z) *V. POLLUCEM in Onomast. L. VIII. c. IX. ſect. 3. DEMOSTH. Orat. in Nearam p. 527. ſq. Cf. VBB. EMMII Descript. Reip. Athen. p. m. 10. & 48.*

quod inde ab annis Herodis, Regis Chalcidici, posterioribus ad Vrbis usque excidum effluxit: *Sententia una*, commune omnium consilium studiumque perdendi Christianæ religioni addictos: *vires ipsorum & potestas, bestie tradita, usum potentiarum auctoritatisque, in re Judæorum publica, & in religione Judaica, quæ tamen in meram superstitionem dudum jam degeneraverat, tuendis conservandisque demonstratum: bellum denique cum agno, odium, quo disciplinam Christianam essent prosequunturi, & insectationem omnium Christi signa secutorum.* Cujus documentum manifestum Ananus edidit pontifex, quando Jacobum Apostolum, & cum eo Christianos nonnullos alios, violatae legis accusatos damnatosque, ad supplicium rapi jussit. a) Sed satis nunc esto hariolationis, valeatque de tota hac observatione idem, quod de prima & secunda partis nonæ in ingressu statim sum professus.

## OBSERVATIO VI.

DE JEHOVA MVNVS SAVLI  
ODORATVRO.

Ad 1. Sam. XXVI. v. 19.

תְּהַתָּה יִשְׁמַע נָא אֶדְנֵי הַמֶּלֶךְ אֶת רַבֵּי עֲבוֹרָה

R 5

אמ

a) Jos. Ant. Jud. I. XX. c. IX. §. I.

אם יהוה הסייע כי יರח מנהה ואם בני האום אוורים הם לפני יהוה כי גרשוני הווע מושטפוח בנהלת יהוה לאמר לך עבר אליהם אחרים.

*Nunc autem audiat, quæso, Dominus meus Rex (Saulus) verba servi sui (Davidis). Si Jehova incitavit te contra me, odoretur munus tuum; si vero homines, maledicti sunt coram Jehova, quia expulerunt me hodie, ne subsistam in possessione Jehovæ, quasi mihi dicerent: abito & Deos colito alienos.*

### CONSPECTVS.

*Occasio, qua verba illa protulit Dævides. §. I. Arborbanelis aliorumque Judæorum, Grotii item & Jo. Clerici de sensu corundem sententiæ, & que obstat eis videantur. §. II. Nostra opinione ad votum respicit Dævides, quo ad sacrificium Deo offerendum sese obstrinxerat Saulus, si Davidem capere ipsi contigisset. §. III. Vox pro priæ munus notat; usurpatur vero etiam de cuiuscunque generis sacrificio, speciatim de farreo. Hic victimam designat, sacrificio vel solidō, vel eucharistico inservitram, conjunctam tamen cum oblatione farrea & libamine. §. IV. Hebrei, expeditionem adversus hostes suscepturn, votum nuncupabant de sacrificio offerendo, si victoria potiri essent. Idem mos Græcorum & incolarum Italæ priscorum. §. V. Saulus religiosus videri volebat. Alia jam occasione religionem ostenderat similem. §. VI.*

§. I.

## §. I.

Magnitudinis animi inusitatæ argumentum novum Saulo dederat Davides, quando castra ejus noctu clam cum Abisajo ingressus, vitæ illius pepercerat, quum interimere potuisset facillime. Penetraverat enim ad illum usque locum, ubi in humo jacebat Saulus, somnum capiens altum, intra plaustrorum orbem; circumdatus quidem corporis stipatoribus, sed non minus, quam ipse, arcte atque graviter dormitibus. Infixa terræ ad caput Regis hasta erat, qua arrepta Abisajus ictu sese uno, si quidem permitteret Davides, sic transfixum ait Regem, ut animam statim efflaret. Sed recusat Davides generose operam de hoste interficiendo oblatam, dicens, cædem viri oleo sacro peruncti impune ferre neminem; ac jurejurando insuper confirmat, nunquam sese manus violentas Saulo esse injecturum. Tum summis hasta atque scypho Sauli, nemine animadvertente e castris rurus abit, consensuque summō montis vertice, Abnero acclamans, exercitus duci, negligentiam huic, qua in corpore Regis custodiendo usus esset, exprobrat. Hæc inter expergesfactus Saulus, statim agnoscit vocem Davidis, sibi notissimam, & blande colloqui cum eo instituit. Huic igitur Davides, quid ita me insectaris, inquit, cum nihil

nihil adversus te deliquerim? Si *Jehova incitavit te contra me*, odoretur munus *cet.*

## §. II.

In his verba: *odoretur Jehova munus*, in sensus trahi videoas diversos. R. ABAR-BANEL, interpretem Chaldaeum, Kimchium & Gersonideum secutus, de munere intelligit, quod peccati sui, si quod adversus Saulum commisisset, expandi caussa Deo oblaturum se promittat Davides. Valde autem dubito, credidisse Davidem, perduellionis crimen, cuius ipsum insimulabat Saulus, a) & præter quod non erat aliud, cuius caussa incitare Deus Saulum adversus Davidem potuisset, elui posse sacrificio. Perduellis enim piaculo non alio, nisi morte sua expiare scelus poterat. Quod intelligens GROTIUS, Davidem de morte sua loqui existimavit, hoc sensu: „Si justa est „hæc ira, non deprecor, quin morte mea, „velut victimæ, expietur. „Hoc pacto dæta foret locutio ex more illo gentium quadrundam veterum, quo victimis humanis Numen placare instituebant. Placeret igitur expositio, si ἀνθεποθυσία vel licita fuisset apud Hebraeos, vel usu etiam tunc temporis recepta, sicuti postea introducta fuit, nefando gentes superstitiones imitandi studio.

Jo.

---

a) V. 2. Sam. XXII, 8.

*Jo. CLERICVS* *odorari munus* idem esse putat, ac *preces exaudire*. En ejus interpretationum: „Si merito mihi perniciem moli-  
„reris, ita ut convenienter divinæ voluntati  
„ageres, exaudiret tuas preces, curaretque  
„proinde, ne unquam in manus meas incide-  
„res; quod tamen non facit, quod ex gemino  
„experimento cognoscere potuisti.“ Addit declarationis cauſa: „Hic omnino videtur  
„esse sensus verborum Davidis. Deus dici-  
„tur *odorari* sacrificium, aut munus farre-  
„um ejus, quem exaudit, & cui concedit,  
„quod petit. Vid. not. ad Gen. VIII, 21. Ita-  
„que hic David *odorari munus* confundit  
„cum eo, quod est *exaudire*. A Deo au-  
„tem non exaudiri preces Sauli, satis lique-  
„bat ex eo, quod bis tradiderat eum in ma-  
„nus Davidis, a quo incolmis dimissus fu-  
„erat, mera animi magnitudine. „Assumit  
igitur Clericus, Saulum precatum esse Deum,  
ut in manus Davidis se incidere ne fineret:  
id quod nulla ratione probabile est. Neque  
enim, eventurum id unquam, metuere po-  
terat Saulus, satellitio semper, imo, dum  
Davidem insequebatur, exercitu etiam sti-  
patus.

### §. III.

Istis igitur difficultatibus quum preman-  
tentur interpretationes vulgatæ, de nova cogi-  
tan-

tandum putavi, quæ a sensu verborum proprio minus recedat; omnibusque expensis, sic tandem existimavi: „Votum fecerat „Saulus, velle se, si quidem capere ipsi con- „tigisset Davidem, sacrificium offerre eucha- „risticum, ut gratias persolveret Deo de tra- „dito in ipsius potestatem hoste. Hoc Da- „vides cognitum habens, allocutus Saulum „est in hanc sententiam: Si nutu atque vo- „luntate divina me persequeris, odoretur „Deus sacrificium tuum, fiat, precor ipse, „ut in potestatem tuam veniam, quo occa- „sionem caussamque habeas offerendi, quod „vovisti, sacrificium; sitque illud gratum „Deo acceptumque.“ Qua quidem in in- terpretatione nihil esse credo, quod coa- etum videri queat, aut a moribus illorum temporum, vel ab ingenio atque contuetudine Sauli abhorrere.

## §. IV.

Vocis מנה notio maxime propria atque genuina ea est, qua *munus* indicat, quod offertur alicui, ut favor ejus atque benevolentia concilietur, vel ira saltem, si quam concepit, placetur. Hoc autem consilio sacrificia numini quum offerrent homines; hinc de illis etiam, cujuscunque tandem essent generis, sive cruenta, sive incruenta, usurpari suevit vocabulum. Quo significatu la-

latiori in sacris litteris passim est obvium; ut  
in isto: b) וְחִכְבֵּד אֶת בָּנֶיךָ סָמְנֵי לְהַכְרִיא אֶת־  
מְרָאשֵׁיהָ כֹּל מִנְחַת יִשְׂרָאֵל לְעַמִּי. Majore  
*in honore habuisti filios tuos, quam me;* ut  
pingues vos redderetis ex primitiis omnis  
generis munerum (sacrificiorum) populi mei  
Israelis. Quod autem sacrificia farrea spe-  
ciatim appellata sint מִנְחָה, id ex eo factum  
credo, quod antiquissima sacrificia ex fru-  
gibus essent apparata. Manent, nempe,  
nomina antiqua, licet res successu temporis  
extendantur latius amplificenturque. Præ-  
senti in loco per מִנְחָה victimam denotari  
arbitror, quæ vel pro holocausto, vel pro  
sacrificio offerenda esset eucharistico, addi-  
tiis simul, pro more, oblatione farrea &  
libamine, quum meram vovere oblationem  
farream, principis persona non satis esset  
dignum.

## §. V.

Fuisse vero morem ævi illius antiqui, ut  
expeditionem in hostes suscepturni vota nun-  
cuparent de sacrificiis Numini offerendis,  
si successu usi essent felici, victoriaque,  
aut eo, quod appetebant, potiti, tum He-  
braeorum, tum aliarum gentium ex historia  
cognoscitur. Quis enim Jephtam ignorat,  
in bellum contra Ammonitas proficisci-  
tem, vovisse, c) sè, si Ammonitas in manum  
ipfius

b) I. Sam. II, 29.

c) Jud. XI, 30, 31.

ipſius trādidiffet Deus, reverſusque eſſet in-  
columnis, quicquid obviam ipſi egressūm fuerit  
ex adib⁹ Deo consecratūrum, & pro hol-  
ocausto oblatūrum? Voti ejusdem generis re-  
ligione Græcos etiam & Italīas incolas ob-  
ſtrīgērē ſeſe consueviſſe, STRABO teſta-  
tur hiſ verbis: d) Περὶ δὲ Σαννιτῶν καὶ τοιχός  
τις λόγος ἐνΦέρεται, διότι πολεμῆντες Σαβῖνοι πο-  
λὺν χρόνον πέρὸς τῆς Οιμβρικῆς, ἔνξαντο, καθάπερ  
τῶν Ἑλλήνων τινὲς, τὰ γενόμενα τῷ ἔτει τέττῳ κα-  
θιερῶσται· νικησαντες δὲ τῶν γενομένων τὰ μὲν κα-  
τέθυσαν, τὰ δὲ καθιέρωσαν. αὐθοίας δὲ γενηθέ-  
σης, ἐιπε τις, ὡς ἔχειν καθιερῶσαι καὶ τὰ τέκνα·  
οἱ δὲ ἐπόιησαν τύπο, καὶ τὰς γενομένας τότε παιδας  
Αρεως ἐπευφύμισαν· ἀνδρεωθέντας δὲ ἔσειλαν εἰς α-  
ποικίαν· ἥγησατο δὲ ταῦχος. De Samnitibus  
hac trādūntur. Sabinos cum diuturno bello  
cum Vmbris conflictarentur, vovisse (quod  
& Græcorum faciunt quidam) Diis se fru-  
ctus ejus anni consecraturos, potitosque vi-  
ctoria, immolasse partim, partim consecrassē  
ejus anni proventa: inſecuta autem sterili-  
tate, monuisse quendam, prole quoque fuisse  
Diis dicandam: obtemperasse Sabinos, eoque  
anno editos filios Marti nuncupasse: cumque  
ii virilem attigissent etatēm, duce tauro ad  
colo-

d) Geograph. I. V. p. 383.

*coloniam alicubi condendam emisisse. Similia  
de Cloantho, certamen navale ingresso, ha-  
bet VIRGILIVS: e)*

*Et fors aequatis cepissent praemia rostris,  
Ni palmas ponto tendens utrasque Cloan-  
thus,  
Fudissetque preces, divosque in vota vo-  
casset:  
Dii, quibus imperium pelagi, quorum æ-  
quora curro,  
Vobis laetus ego hoc carentem in littore  
taurum  
Constituam ante aras, voti reus, extaque  
falsos  
Porricia in fluctus, & vina liquentia  
fundam.*

Idem f) de Ascanio, adversus Numanum  
pugnaturo:

*Constitit ante Jovem, supplex per vota  
precatus.  
Juppiter omnipotens, audacibus annue  
coepitis.  
Ipse tibi ad tua templa feram solemnia  
dona,  
Et statuam ante aras aurata fronte ju-  
vencum  
Carentem, pariterque caput cum matre  
ferentem.*

Pars X.

S In-

e) Aeneid. l. V. v. 232.

t) Aen. IX, 624.

Interdum & pars prædæ decima voto tali  
promittebatur. **LIVIVS** de Camillo, ur-  
bem Vejos oppugnaturo: g) *Tum dictator  
auspicato egressus, quum edixisset, ut arma  
milites caperent: „Tuo ductu, inquit, Py-  
„thice Apollo, tuoque numine instinctus  
„pergo ad delendam urbem Vejos: tibique  
„hinc decimam partem prædæ voveo. „Ali-  
quando & ludi Diis solennes vovebantur.*  
**Idem** de Romanis, bellum cum Antiocho  
Rege gesturis. h) *Jussit populus Romanus  
ut ejus rei caussa supplicationem imperarent  
consules, utique M. Acilius Cos. ludos ma-  
gnos Jovi voveret, & dona ad omnia pulvi-  
naria. Id votum in hæc verba, præeunte P.  
Licinio, pontifice maximo, consul nuncupa-  
vit: „Si duellum, quod cum Antiocho Re-  
„ge sumi populus jussit, id ex sententia se-  
„natus populique Romani consecutum erit:  
„tum tibi, Jupiter, populus Romanus ludos  
„magnos dies decem continuos faciet: do-  
„naque ad omnia pulvinaria dabunt de pe-  
„cunia, quantam senatus decreverit. Quis-  
„quis magistratus eos ludos quando ubique  
„faxit, hi ludi recte facti, donaque data re-  
„cte funto. Nonnunquam, bellorum in  
periculis, templa etiam & simulacula Diis vo-*

to

g) *Histor. I. V. c. XX.*h) *Lib. XXXVI. c. II.*

to pollicebantur Imperatores. Sic Annibal  
apud SILIVM ITALICVM : i)

*Nympha decus generis, quo non sacratius  
ullum*

*Numen, ait, nobis felix oblata secundis.  
Aſt ego te compoſ pugnæ Carthaginis arce  
Marmoreis ſiſtam templis, juxtaque dicabo  
Aequatam gemino ſimulacri numine Dido.  
Augustus etiam Cæſar ædem Morti, bello Phi-  
lippensi, pro ultione paterna fuſcepto, vove-  
rat, verba ſunt SVETONII. k) Elegan-  
ter votum illud exprimit OVIDIUS : l)  
Voverat hoc (templum Martis Vltoris) ju-  
venis (Augustus) tunc cum pia fuſtu-  
lit arma.*

*A tantis Princeps incipiendus erat.*

*Ille manns tendens, hinc ſtanti milite juſto,  
Hinc conjuratis talia dicta dedit :  
Si mihi bellandi pater eſt, Veſtæque ſacerdos  
Auctor ; & ulcisci Numen utrumque paro :  
Mars, ades, & ſatia ſcelerato ſanguine fer-  
rum :*

*Sterque favor cauſſa pro meliore tuus.*

*Templa feres, & me viçtore vocaberis Vltor.  
Voverat, & fuſo latus ab hoſte redit.*

*Plura hanc in rem collecta reperias a BAR-  
S 2 NABA*

i) Lib. VIII, v. 228.

k) In Auguſto c. XXIX.

l) Faſtorum lib. V. v. 569.

NABA BRISSONIO m), antiquitatis per-

ritissimo.

§. VI.

Illum igitur ad morem Saulum quoque, dum expeditionem adversus Davidem suscipieret, votum concepisse de hostia quadam Deo immolanda, si Davidem vel comprehendisset, vel intersecisset, veri admodum est simile. Religiosus certe videri volebat Saulus, uti ex actionibus ejus pluribus intelligitur. Ita v. c. configere cum Philistæis nolebat ante, quam sacrificiis Deum placasset. n) Et cum populum carne vesci comperisset cum sanguine, quod lege erat vetitum, omni studio, ne porro id fieret, conatus est impedire. o) Altaria quoque, quod illa quidem atate habebatur licitum, eum struxisse plura, ex eo liquet, quod *altare primum* collocasse dicitur prope Ajalonem. p) Itaque & alias posuit alia. Maxime vero illud huc facit, quod religionem aliquando ostenderat ei, de qua nunc agimus, valde similem. Pugna enim felici aduersus Philistæos ulus, sacramento adegerat exercitum, ne quidquam comedereret,

prius-

m) *De formulis & solemnibus populi Rom. verbis*, lib. I. p. 95. sqq. edit. Frf.

n) 1. Sam. XIII. 12.

o) 1. Sam. XIV, 33. sqq.

p) Loco cit. v. 35.

priusquam a Philistæis persequendis rediisset.  
q) Voluerat quidem hac ratione prohibere, quominus, dum in cibo capiendo occupatus esset populus, occasionem assequendi perdendique hostes fugientes amitteret. Simul tamen abstinentia illa rem factum iri existimaverat Deo gratam, eidemque gratias quasi persolvı de prospero pugnæ eventu. Postquam enim Jonathan, licet inscius, violasse deprehensus fuerat illud sacramentum, peccatum hoc interpretabatur Saulus grave, quo irritatus fuisse Deus vehementer, & quod non nisi morte filii posset elui. Ægre etiam flecti sese patiebatur intercessione populi, ut vita Jonathanis parceret. Ab homine igitur sic affecto cur non votum facile exspectes hostis capiendi caussa suscepimus?

## OBSERVATIO VII.

DE MONTE MYRRHÆ ET  
COLLE THVRIS.

Ad Cant. IV, 6.

עד שיפוח חום ונכו הצלילך אלך לי  
אל הר המור ואל גבעת הלבונה

Priusquam, inquit Sponsus, adspiret dies,  
fugiantque umbræ, recipiam me ad montem  
myrrhæ, & ad collem thuris.

S 3

CON-

q)

## CONSPPECTVS.

*Arbores myrrhae atque thuris propriæ sunt Arabiae felicis, ejus præsertim, que maxime australis est, & parti sinus Arabici inferiori, marique adjacet Indico, ubi Saba, Adramytta & Abasa erant: quæ regio hodie regnum Fartach dicitur. §. I.*  
*Ex illa regione uti populis vicinis aliis, ita Ju-dæis quoque myrrha atque thus petenda erant, quum Palæstina aromata illa non proferret, nec paterentur Arabiae aromatiferae habitatores arbores exportari. §. II.* Itaque mons myrrhae & collis thuris proprio sensu hic accipi non debet de monte myrrham atque thus gignente; sed de tali, cui ob rationes plane alias ista tributa fuit appellatio. §. III. Moria vocari apte poterat mons myrrhae, partim ob usum myrrhae in templo frequentem, tum in suffitu, tum in pontificisunctione; partim etiam, quod nomen ejus, Moria, affine esset voci mor, myrrham significanti, ex qua & aliqui nominis rationem arcessendam duxere. IV. Pari de causa idem mons collis quoque dici poterat thuris, quod ad suffitionem thus multum in templo adhiberetur, ac purum quidem, b. c. candidum, & minus adulteratum. Voce levona, thus, simul alluditur ad nomen Levanon, Libani, quo templum, propter cedrorum copiam, insigniebant Hebraei veteres. §. V. Indicat igitur sponsus, esse se templum aditum, sponsamque simul eo vacite invitat. §. VI.

## §. I.

**A**rbores, ex quibus myrrha manat atque thus, Arabiae felicis esse proprias, consensu uno confirmant scriptores antiqui.

THEO-

THEOPHRASTVS: a) γίνεται μὲν δὲν ὁ λιβανός, καὶ σμύρνα, καὶ ἡ πασία, καὶ ἔτι τὸ κιννά-  
μωμον ἐν τῇ Αράβῳ χώρᾳ, νήσῳ. περὶ τε Σαβᾶ καὶ  
Αδράμυττα, καὶ Κιτιβαῖνα καὶ Μαλί. Φύεται δὲ  
τὰ τὰς λιβανῶτάς καὶ τῆς σμύρνης δένδρα, τὰ μὲν ἐν  
τῷ ὄρει, τὰ δὲ ἐν ταῖς ιδίαις γεωγύιαις υπὸ τὴν  
ὑπόσειαν· διὸ καὶ τὰ μὲν θεραπεύεται τὰδ' εἰς Nas-  
cuntur thus, & myrrha & cassia, in regione  
Arabum, quæ est insula, b) circa Saba & A-  
dramyta, & Citibena & Mali; & crescent  
thuris myrrhæque arbores, aliae in monte, a-  
liae in regione monti subiecta, in propriis A-  
rabum cultis; quamobrem aliae coluntur, a-  
liae minime. DIODORVS Siculus: c) καλα-  
μους καὶ σχίνους, καὶ τὴν ἄλλην ψλην τὴν αἰγαματί-  
ζεσταν πολλὴν Φέρει, καὶ καθόλε παντοδαπάς  
Φύλλων ἐυωδίας· καὶ τῶν ἀποσαζόντων δακρύων  
օσμαῖς ποικίλαις διείληπται· τὴν τε γάρ σμύρναν,  
καὶ τὸν προσφιλέστατον τοῖς Θεοῖς, εἰς τε τὴν ὄικυ-  
μένην πᾶσαν διαπόμπιμον λιβανωτὸν, ἀπ' ἀυτῆς  
αἱ τάυτης ἐχατιαὶ Φέρεσθε. Calatum & schi-  
num

S 4

- a) Hist. plant. l. IX. c. IV.  
 b) Arabiam designat felicem, quæ gemino sinu,  
 Arabico & Perlico, ac parte Oceani, quæ inter  
 utrumque sinum est, in modum peninsulae, con-  
 clusa est. CELLARIUS Notit. Orbis ant. P. II.  
 p. 700. Interpres pro νήσῳ legit μέσην: unde  
 media reddidit. Quodsi vero quis cum SALMA-  
 SIQ in Exercitat. Plin. p. 348. pro νήσῳ, insula,  
 legere velit χερρόνησον, peninsula, non repugnabo.  
 c) Biblioth. hist. l. II. c. XLIX.

num, ceteramque aromaticæ naturæ materiam large profert (Arabia); fragrantias denique foliorum omnis generis exspirat, variisque lacrimarum destillantium odoribus referta est. Myrrham certe, & Diis gratissimum thus, quodque per totum inde arbem vehitur, extrema Arabiae producunt. PLINIVS: d) Thura, præter Arabiam, nullis, ac ne Arabiæ quidem universæ, In medio fere ejus sunt Atramitæ, pagus Sabæorum, capite regni Sabota, in monte excelsō, a quo octo mansionibus distat regio eorum thurifera, Sapa appellata, quod significare Græci mysterium dicunt: spectat ortus solis æstivi, undique rupibus invia, & a dextra malis scopulis inaccessa. Idem: e) Myrrham in iisdem silvis, permixta (thuri) arbore, nasci tradidere aliqui, plures separatum. Quippe multis in locis Arabiæ gignitur, ut apparebit in generibus, quæ quidem capite sequ. recenset Plinius. AGATARCHIDES: f) Δινδέα ἡλίβατα συμέντις τε καὶ λιβανωτά, πρὸς δὲ καὶ κινναμώματα, Φόινικος τε καὶ καλάμι, καὶ τῶν ἀλλων ἀνθίται τῶν τοιότων. Sabæorum in regione arbores præcellæ myrrhae ac thuris, nec non cinnamomi, & palmæ, & calami, & id genus aliorum exsurgunt. Quibus in te-

sti-

d) Hist. natur. l. XII. c. XIV.

e) Lib. cit. c. XV.

f) De rubro mari p. 61, edit. Hudson.

stimonii duo sunt, ad quæ cumpriuis attendi e re nostra erit. Vnum est, myrrhæ thurisque arbores non solum in regione plana, verum etiam in *montibus* crescere. Alterum, crescere vero in regione Arabiæ felicis maxime australi, adeoque a Palæstina remotissima. *Saba* enim & *Adramytta*, sive *Atramitæ*, g) juxta quas ἡ σμυρνοφόρος καὶ ἡ λιβανωτοφόρος, uti STRABONI vocatur, h) *myrrhifera* & *thurifera* patebat *regio*, partim juxta inferiora sinus Arabici, partim juxta mare sitæ erant Indicum, adeoque in intimo Arabiæ felicis recessu, sicuti ex Strabone, Plinio atque Ptolemæo intelligitur. Vicina etiam littori mari Indici *Abasenorum* fuit *regio*, ipsa quoque ferax aromatum, de qua ex Vranici *Arabicis* hæc obseruat STEPHANVS: i) Η χώρη τῶν Αβασηνῶν σμύρνη Φέρει, καὶ ὄσσον (κόσον legi vult Holstenius) καὶ θυμίαμα, καὶ πέπαθον (πάπαθον, vel πέπασον) *Abasenorum regio myrrham fert, & costum, & thymiana, & carpathum*. Hodie *regio illa*, in qua olim *Atramitæ* fuerunt & *Abasa*, *regnum Fartach* appellatur, quod nunc etiam *thus*, & omnis generis profert aroma ta. Testis est, ex recentissimis, LA ROQUE,

S 5 qui

g) DIONYSIO in Pericg. v. 957. *χαρακής* dicitur: quod nomen magis etiam affine Hebraico חצְרָה Chazarmaver. Gen. X, 27.

h) Geograph. l. XVI. p. 1114. & 1129.

i) De *Vrbibus & populis* p. 5.

qui de regno illo inter alia hæc retulit : k)  
 „Dans cette étendue se trouve particulièrement le Roïaume de Farrach, où croissent l'encens, les gommes, & tous les aromates les plus estimez.

## §. II.

Ex ista jam regione petendum erat populis vicinis ; e. c. Arabibus, Judæis, Syris, quicquid thuris atque myrrhæ comparare cupiebant. De thure in Palæstinam inde afferendo ipsorummet divinorum scriptorum extant testimonia. Esaias : I) **כל־משנה** ( מְשֻׁנָּה ) יְבָאוּ זָהָב וּלְבוֹנָה רִשְׁאֵן. Omnes illi e Saba advenient, aurum atque thus afferent. Jermias : m) **לִמְחַזֵּה הַלְּבָנוֹת מִשְׁבָּא הַכְּבָא** ( כְּבָא ) Cur mihi thus e Saba veniet, & calamus aromaticus optimus e terra longinqua ? Quid opus fuisset ex parte Arabiæ remotiori apportari illa aromata, si in finu suo illa nutritisset Palæstina ? Sed neque soli, neque aëris Palæstini conditio apta videtur fuisse alendis educandisque thuris atque myrrhæ arboribus. Accedit, quod ex sua regione arbores illas exportari non passuri fuissent Sabæi, horumque vicini, ne quid scilicet lucro, quod magnum ex aromatibus istis percipiebant, decederet. Colligo hoc ex illis STRABONIS verbis, quibus

k) *Voyage de l'Arabie heureuse* p. 129.

l) Cap. LX, v. 6.

m) Cap. VI, v. 20.

bus artes ait & studia ex regno Arabiæ felicis uno in regnum ejusdem regionis aliud minime transferri: n) Κατ' ἄλλην δὲ διάφεσιν, inquit, σύμπασαν τὴν Ευδάιμονα πενταχῆ σχίζεσιν εἰς βασιλέας, ὃν ή μὲν τὰς μαχίμως ἔχει, καὶ προσγνωνισάς απάντων η δὲ τὰς γεωργίας, παρ' ᾧ ὁ σίτος εἰς τὰς ἄλλας εἰσάγεται: η δὲ τὰς βανυστοτεχνῶντας καὶ η μὲν σμυρνοφόρος, η δὲ λιβανωτοφόρος αἱ δὲ αὐταις καὶ τὴν κασσίαν, καὶ τὸ κιννάμωμον, καὶ τὴν νάρδον Φέρεσι: παρ' ἄλληλων δὲ μεταφοιτᾶ τὰ ἐπιτηδεύματα, ἀλλ' ἐν τοῖς πατέοις διαμένεσιν ἔκαστοι. Alii totam felicem Arabiam in quinque regna partintuntur: quorum aliud bellatores & omnium propugnatores habet: aliud agricolas, a quibus frumentum ad alios importatur: aliud eos, qui officia & artes sedentarias tractant, aliud myrrham fert: aliud vero thus. Eadem tamen & cassiam, & cinnamomum & nardum ferunt. Artes ac studia ab alio in aliud non transferuntur, sed quique in patriis permanent institutis. Quod si igitur ne cum Arabibus quidem aliis artem alendarum arborum thuris atque myrrhae communicarunt aromatiferæ regionis incolæ, quanto minus credibile est, eos ejusdem artis exterros redere voluisse participes?

## §. III.

Ex his vero quid tandem conficiemus? Hoc scilicet. Quum arboribus myrriferis  
thu-

n) Geograph.l.XVI. p.ii29.

thuriterisque Palæstina caruerit, multoque minus montes habuerit atque colles, qui eodem arborum genere integri essent confiti; non possunt sane verba hæc: *Ibo ad montem myrræ & ad collem thuris*, sensu accipi proprio de monte myrrham, & de colle thus gignente. Res enim carmine hocce sacro, quod, ex præstantia sua, *canticum cantorum* appellari suevit, exposita sic repræsentatur, ut quæ Hierosolymis, ac in urbis hujus vicinia, tanquam in scena quadam, fuissest acta. At neque myrrha, neque thus istic loci provenit ullum. Itaque mons collisve circumspiciendus erit alias, cui ob rationem plane aliam, quam quod myrrha atque thus ibi nascerentur, ex aromatibus hisce tributum fuerit nomen.

## §. IV.

Non occurrit vero in tractu Hierosolymitano omni, atque adeo in Palæstina universa, mons aut collis, cui nomen illud aptari possit melius, præter *Moriam*, qui templi ædificium sustinuit. Vocari, nempe, is poterat *mons myrræ*, quod frequentissimus esset myrræ in templo usus. Ad suffitus enim, bis quotidie in sanctuario faciendi, pulverem certa quædam myrræ adhibebatur copia. MAIMONIDES: o) משלך זוז אחר

o) In *Cle hammikdash* l. de vasis & apparatu templi c. II. §. 3.

אחר עשר סמניה נטף וחללה ולבונה  
מכל אחר משקל שבעים מנה והמנה מאה  
רונין וממר וקצעה ושבלה נרד וכרכום מכל  
אחר שש עשר מנה קושט שנים עשר מנה  
קנכון תשעה מנימ קלופה שלש מנימ משקל  
הכל שלש מאות ושים ומנה מנה שחוקין  
הכל דרכ. *Vndecim aromatum (ex quibus  
suffimentum componebatur sacrum) hoc e-  
rat pondus adhibendum. Ex unoquoque isto-  
rum, stacte, onyche, galbano, & thure pondus  
70. minarum. Jam mina certum erat dena-  
riorum pondo. De MYRRHA, casia, spica  
nardi, croco, sedecim minæ pondo de singulis :  
de cisto duodecim minæ pondo : cinnamomi  
pondio minæ novem : de aromatico illo cortice  
trium minarum pondo , ex quibus una con-  
junctis ista fit ponderum summa , minæ 368.  
Hæc omnia quam tenuissime poterant , tere-  
bantur. p) Præterea nec oleum illud sa-  
crum, quo pontifices in templo perungi mo-  
ris erat , absque myrrha conficiebatur. Sic  
enim jubet lex : q) בשמות ראש  
מררוור הרש מאות וקנמו בשת מחציתו  
חמשים ומאתים : וкорה הרש מאה בשקל  
הקרש ושמן זית הין : רעשיות אortho שמן  
משיחת קרש. *Cape tibi aromata , præstan-  
tissimæ myrræ sponte fluentis ( quam sponte  
sudant arbores , priusquam incidentur , ut ait*  
PLI-*

p) Cf. Talmudicos in *Critut* f. 6. c. 1. unde sua hau-  
fit Maimonides.

q) Exod. XXX, 23.

PLINIVS) r) quingentos siculos, cinnamomi aromatici dimidiam partem, ducentos quinquaginta, calami aromatici ducentos quinquaginta, castæ quingentos, pro sanctuarii siculo, & binem olei. Nec omittendum, quod voci מורה mor, myrrha, maxima sit soni affinitas cum nomine montis templi מרים Morija. Hujusmodi enim paranomasias & allusiones valde amant & frequenter usurpant scriptores sacri. Adduxit etiam vocabulorum cognatio Judæos aliquos eam in opinionem, ut monti Moriae nomen factum crediderint ex myrrha. Fuit certe hæc, si R. Salomon Isaacidi credimus, Onkelosi, interpretis Chaldaei, sententia, quando ארץ המרים, tractum Moriae, s) interpretatus est ארעה regionem cultus divini: quod ita explicat ISAACIDES: אונקלוס הרגמו על שם עבורה והקתו שיש בו מורה נרד. רשות בשמי Onkelosus nomen ad culcum retulit, qui fieret suffitu, ad quem myrrha, nardus & aromata adhibentur reliqua.

## §. V.

גבעת Nec dissimilis ratio est appellationis גבעת הרבנה, collis thuris. Etenim thus quoque multum in templo, (cujus montem λόφον, collem, vocare solet JOSEPHVS) t) consumebatur, quum esset illud unum ex aroma-

r) Hist. natur. l. XII. c. XV.

s) Gen. XXII, 2.

t) Lib. V. de bello Jud. c. IV. §. I. &amp; c. V. §. I.

matibus præcipuis, unde, ex ipsius Dei mando, u) suffimentum apparandum erat. Debebat vero illud *purum* esse. זכה : qua voce thus requiri existimo, quod & colore esset candido, & resina non adulteratum. Duplicitis enim generis thus colligebatur, *candidum* atque *rufum*. PLINIVS: x) Autumno legitur thus ex æstivo partu. Hoc purissimum, candidum. Secunda vindemia est vere, ad eam hieme corticibus incisis. Rufum hoc exit, nec comparandum priori. Porro זכה tale etiam thus notat, quod, uti rursus loquitur PLINIVS, adulteratum non esset resine candidæ gemma, perquam simili. Theophrastus, observante SALMASIO, y) ἀργὸν vocat, h.e. *nativum*, & quale ex arbore manavit. Deinde, voce לְבָנָה *levona*, thus, apesimul eleganterque alluditur ad nomen, לְבָנִים, *Levanon*, *Libani*, quo templum etiam Hierosolymitanum appellare consueverunt Hebræi veteres, propter copiam cedrorum, ex monte Libano advectarum, ingentem, quæ in extenuendo templo fuerat consumta. Appellavit certe Zacharias propheta, exclamans: z) פַתֵח לְבָנֶן וּלְחִידָך וְהַכְל אֲש בָּאֲרוֹך : Aperi Libane fores tuas, ut absumat ignis cedros tuas. Quod ad templi exustionem pertinere,

re,

u) Exod. XXX, 34.

x) Hist. nat. I. XII. c. XIV.

y) In Plin. Exercitat. p. 252.

z) Cap. XI, v. I.

re, præter Doctores Judæorum antiquos, a) Christiani etiam interpretes agnoverunt. Sic & apud Habacucum b) לְבָנָן, *injuria Libano facta*, vastatio est templo illata. Pariter apud Ezechielem c) aquila ad Libanum veniens, imago est Regis Babyloniorum, Hierosolymam, ædibus cedrinis superbam, templumque invadentis, occupantis vastantisque.

## §. VI.

Significat igitur sponsus, accessum sese summo mane (ut fieri solebat in solennitatibus anniversariis) ad montem, cui templum superstructum, templumque esse ingressum; ac sponsam simul, ut ipsa quoque eo venire velit, tacite invitat. Hoc autem quod spectet, quum neque chartæ, neque temporis angustia permittat nobis in præsenti explicare; in aliam exposicio hæc reservanda est opportunitatem.

## FINIS PARTIS DECIMÆ.

- 
- a) E. c. R. Jochanan ben Zaccai, R. Jizchak ben Tabai, R. Zutra bar Tobijja & R. Hoschaja. Vid. *Zoma* fol. 39. col. 2.  
 b) Cap. II. v. 17.                                   c) Cap. XVII. v. 3.





# INDEX

LOCORVM SCRIPTVRAE, QVAE VEL  
EX INSTITVTO, VEL OCCASIONE  
OBLATA, ILLVSTRANTVR.

*Litera A partem observationum septimam o-  
Etavam, B nonam C decimam, numerus bar-  
baricus paginam indicat.*

## GENES.

I, 4. B. 12. XIX, 21. II. REG. A. 59.

JOS.

V, 2. B. 11. XVI, 4. JOB. A. 59.

XIX, 47. A. 91. PSALM.

JVD.

XI, 11. B. 91. II. A. 124.

XVI, 3 A. 181. seq. XXII, 8. A. 63.

I. SAM. - - 14. A. 61.

VII, 6. B. 115. seq. - - 15. B. 129.

- 16. 17. B. 131. seq. LXXXVI, 8. A. 177.

VIII, 7. B. 166. XCVI, 4, 5. A. 178.

XXI, 8. B. 215. seq. XCVII, 7. ibid.

XXII, 13. B. 216. CXXI, B. 55. seq.

XXVI, 19. B. 267. seq. CXXIII, 1. A. 127.

II. SAM. CXXX, 1. A. 121.

X, 4, 5. B. 147. seq. CXXXV, 5. A. 179.

## I. REG.

XVIII, 27. B. 68. VIII, 4. PROVERB. A. 55.

Pars X.

T

ESAI.

## Index.

CANT.	XVII, 3.	B.288.
IV, 6.	B.279.seq.	XXX, 15.16. A.46.
ESAI.	XLIII, 7.	A.209.
VIII, 6.7.8.	B.169.seq.	DAN.
XIX, 18.	A.47.	III, 1.
XXIII, 12.13.	B.201.seq.	- 14.
XXXVII, 22.	A.59.	IV, 5.
XLVI, 1.	A.6.	HABAC.
XLIX, 12.	A.50.	II, 17.
LIII, 9.	A.205.	ZACHAR
JEREM.	XI, 1.	B.287.
II, 8.	B.225.	SIRAC.
VI, 3.	B.225.	XIII, 20.
XII, 8.	A.61.	MATH.
XXXVII, 5.7.	A.39.51.	IV, 8.
XLIII, 7.	A.38.	XXVII, 39.
XLIV, 1.	ibid.	MARC.
XLVI, 14.seq.	A.37.38.	VI, 23.
L, 2. LI, 44.	A.6.7.	LVC.
THREN.		XVIII, 9.seq. A.101.seq.
I, 9.	A.31.	JOH.
- 12.	A.52.	B.81.
- 19.	A.51.	ACT.
II, 15. 16.	A.55.seq.	A.225.seq.
III, 46.	ibid.	I, 8.
IV, 1.	A.66.seq.	III, 1.
- 17.	A.51.	X, 4.
V, 13.	A.73.seq.	XXIII, 1. 2.
EZECH.		ROM.
I, 7.	A.111. IV, 13.	B.80.
		GAL.

*Index.*

GAL.

- |           |                          |            |
|-----------|--------------------------|------------|
| IV, 3.    | B.75.seq. II, 8.         | A.108.     |
| - 25.     | B.3.seq.                 | APOCAL.    |
| PHIL.     | V, 8. VIII, 4.           | A.106.     |
| II, 9.10. | A.135.seq. XIII, 17. 18. | B.22.32.   |
| COLOSS.   | XVII, 9.10.              | B.244.seq. |
| II, 20.   | B.81. - - 15.            | B.197.     |

I. TIM.

INDEX VOCVM ET PHRASIVM  
HEBRAICARVM, RABBIN. ET CHALD.  
NOMINVM ITEM QVORVNNDAM  
PROPRIORVM, QVÆ EXPLI-  
CANTVR.

א

- |                |          |            |
|----------------|----------|------------|
| אליהוּם        | בלטשאצְר | A.9.       |
| אליהוּ אליהוּם | במהרה    | A.34.      |
| אן             | במה      | A.209.     |
| אפיקוּם        | במתיוֹ   | A.207.seq. |
| ארמנות         | בע       | A.12.      |
| ארץ            | כפלאיַס  | A.34.      |
| אפסי אָרֶץ     | בצְרָק   | ibid.      |
|                | בקשה     | A.114.     |
|                | בראשית   | B.9.       |
|                | ברכה     | A.114.     |

ב

- |         |        |                              |        |
|---------|--------|------------------------------|--------|
| באמת    | A.34.  | ג                            |        |
| כבל     | A.12.  | גִּבּוֹר                     | B.224. |
| בית     | A.48.  | גִּזְעָר קִים                | B.109. |
| כיתאל   | B.134. | ד                            |        |
| בית שםש | A.48.  | דְּבָרִים, וּבְרִי הַכְּרוּת | D.     |
| כהונת   | B.211. | דֵּם הַכְּרוּת               | B.112. |
| בחפזון  | A.34.  | T 2                          | B.110. |

ה

Index.

ה		מצבה	A. 214.
חוֹרְבִּיה	A. 114.	משלדים	A. 102.
הַנֵּיעַ, הַנֵּיעַ רָאשׁ	A. 58.		
הָעֲבֵיר	B. 168.	נגעים	A. 35.
ר		נָחַ	A. 13.
præfixum	B. 125.	נָעֶצֶר	B. 234.
ז		נֶפֶשׁ	A. 218.
זָכָה	B. 287.		
ח		סְגֻּד	A. 5.
חַרְבָּה הַוְנֵה	A. 39.	סְלָחָה	A. 130.
ט		סְפָקָה	A. 58.
טְנִיס	A. 47.		
י		עִיר הַתְּרוּסָה	A. 47.
יְרֵד	A. 37.	עַל פְּנֵי	A. 185. seq.
כ		עַל פְּנֵי יְרֹחוֹם	A. 187.
כּוֹכֶרֶת רָאשׁ	A. 124.	עַמְּדָה	A. 110.
כְּרָתָה בְּרִית	B. 109.		
כְּתוּם		פֶּטֶר בְּשְׁפָה	A. 63.
כְּתָבָה	A. 72.	פְּלָא	A. 34.
לוֹא, לֹא	A. 54.	פְּלָאִים	ibid. 33.
לְפָנֵי יְהוָה	B. 99. 233.	פְּלָחָה	A. 5.
מְאַין	B. 65.	פְּעָר	A. 62.
מְוִינַת בְּבִלְלָה	A. 28.	פְּצָחָה	A. 56. 64.
מוֹלִיבָה	A. 91.	פְּתַח עַיִנִּים	ibid. 33.
מְלָמֵד הַבָּקָר	A. 204.	פְּתַחְוֹןָה	ibid. 65.
מְכֹלָאות צָאן	B. 227.	צִוְּן	A. 214. 218.
מְנַחָּה	B. 270.	צַעַן	A. 47.
מְעֻלָּה	B. 60.	קוֹמֵרִי	B. 203.
			קְרֵן

*Index.*

קִין	A.13.	שָׁבֵט, שְׁבָטִים	ibid.
קלות ראש	A.124.		192.204.
ר' Nota tituli honoris רַבָּן	B.50.	שיר למלוכה	ב.58.
שָׁוֹן	A.39.	תְּחִנָּה	A.114.
שָׁאַלָּה	ibid.114.	תְּפִירָה	ibid.

INDEX VOCVM PHRASIVMQUE GRÆ-CARVM, QVÆ EXPLICANTVR.

Α	Δ
Αγάλματα τῶν Διών A.19.	Δάίμονες οἱ παταχθόνιοι
Αθάνατοι Θεοὶ A.138.	A.164.
Αἰμα τῆς διαθήκης B.110.	Δοξασμὸς ibid.114.
Αἰρεθίνια	Δύστωπία ibid.125.
Αιμαυρῷθαι	A.72. Ε
Ανάμνησις	A.106. Εξομολόγησις A.π4.
Απτερθαι	B.82. Επίγειοι Θεοὶ ibid.138.
Β	Ε
Βασιλεῖαι τῶν κόσμων B.77.	Εχατιὰ ibid.230.
Βεστίλευς	ibid.78. Εχατον τῆς γῆς ib.225.
Βλασφημεῖν	A.63. Η
Βόθρος	A.171. Ημίθεοι A.151.
Βωμὸς	ibid.208. Ηρώα ibid.160.
Γ	Η
Γενέθθαι	B.82. Ηρωεῖς ibid.138.
Γῆ	A.228. Θιγγάνειν B.82.
Γόνιοι καμπτεῖν, Γενεῖθθαι Θύρα ὥραια	ibid.140.
A.179.180.	I
Γράμμα	B.20. Ἰλάσινεθθαι A.130.
	T 3 K Κα-

Index.

Κ	Πηλῶδες	ibid.
Καταχθόνιοι Θεοί	A.136.	Προσεύχεσθαι πρὸς ἑαυ- κινέιν κεφαλὴν ib.59.60. τὸν
Κόσμος. Κληρονόμος τῷ		ibid.116.
κόσμῳ	B.80.	Σκάπτων vel Σκᾶπτρον
Κάπη τῆς μύλης	A.73.	A.199.
Μ	Στοιχεῖα, 5οιχεῖα τῷ κόσ-	
Μεγάλοι Θεοὶ	A.139.	μῳ B.20.76.
Μέγαρεν	ibid.171.	Στόμα, ἀνὰ σόμῳ ἔχειν τι-
Μνημόσυνον	ibid.106.	νὰ A.63.
Ν	Συζοιχεῖν	B.16.19.
Ναυαρχίς	A.88.	
Ο	Τερπνὰ ἐκ Θαλασσῆς	
Ӧρκισ τέμνειν	B.109.	A.96.
Οὐρανίωνες	A.139.	Τίλλειν τὸν πάγωνα
Π		B.147.
Παραβολὴ	A.101.	
Πειρατα γάινς	A.229.	Τίπατος χώρας B.66.
Πηλὸς	ibid.45.	
Πηλότιον	ibid.42.	Χρυσοκόμη A.19.

INDEX RERVM MEMORABILIVM.

A.

*Abarbanel* (R. Isaac) mendacii arguitur. A. 71. per aquam, coram Jehova effusam, intelligit lacrimas.

B.118.

*Abasa* regio hodie regnum Fartach appellatur. B. 281.

B.13.

*Abenesra* quid judicaverit de Geometria Acco urbs maritima a Ptolemaeo Ægypti rege Ptolemais dicta

A.85.

Ac-

## Index.

- Acis* urbs dicta quoque Ecdippa A. 85. a Josepho  
appellatur Arce. *ibid.*  
*Actio symbolica* ad quæ repræsentanda ab Ebræis  
suscepta B. 120. ejusmodi actiones olim ab Ebræis  
frequenter fuisse usurpatas exemplis quibusdam  
probatur B. 121, 122.  
*Adramyta* ubi sita. B. 281.  
*Aliani* locus de fluviis sub figura humana repræsen-  
tatis B. 199.  
*Aestus* diurnus & frigus nocturnum in psalmis deno-  
tant calamitates publicas B. 72.  
*Agrippas Junior* (Judæorum rex ultimus) quomo-  
do in Apocalypsi describatur B. 257. a Claudio im-  
peratore regnum & potestatem patrui sui obtinet  
*ibid.* 258. a Nerone ditionibus quibusdam locuple-  
tatur. ib. 259. potestate sua in sacris abutens sex  
constituit pontifices. *ibid.* Sed eam non diutius,  
quam per XVII. annos exercet, bello quippe ad-  
versus Judæos exitiali exorto. B. 260. Diu tamen  
adhuc post excidium regni Judaici superfuit. *ibid.*  
*Agrippas major* (Rex Judæorum) christiana religio-  
nis hostis infenissimus. B. 253. Exquisitissimis cru-  
ciatibus enectus *ibid.*  
*Alexander Jannæus*, Judæorum pohtifex, quas ur-  
bes maritimas sibi subiecerit A. 88.  
*Alexander M.* a Demade in numerum deorum co-  
lestium relatus A. 142. Hierosolynam prius, quam  
Gazam occupavit B. 205.  
*Altare suffitum* auro obiectum fuit, denarii habente  
crassitatem A. 71.  
*Amphitrite Dea maris* A. 138.  
*Anathota* quo stadiis ab Hierosolyma abfuerit B. 217.  
*Angari* mons procul dubio is fuit, in quem Simson  
portas Gazæ deportavit A. 190.  
*Anthedon* olim Idumæorum postea Ronianorum

## Index.

- & tandem Herodis urbs, qui eam Agrippiadem appellavit. A. 94. ab ethnicis magis, quam a Ju-  
dæis fuit inhabitata ibid.  
*Aperire os* quid denotet? A. 60. 64.  
*Apertio oris* quid apud recentiores Judæos signifi-  
care soleat? A. 65.  
*Apocalypsis*, an in ea indicia Kabbalæ inveniantur?  
B. 33. agit de rebus, ad priuam Christianismi zeta-  
tem pertinentibus B. 35. Quo tempore Johanni ob-  
tigerit. B. 244. seq. ad quam formulam in ejus in-  
terpretatione potissimum sit attendendum. ibid. 249.  
Vulgo in VII. visiones dividitur, quæ non uno tem-  
pore, sed per intervalla Johanni oblatae ib. 246.  
*Apollonia* a Græcis priuatum condita, vel instaurata.  
A. 90. a quo nomen suum acceperit? ibid.  
*Apollonius*, Demetrii Syriae regis prætor, A. 90.  
*Apyrus*, rex Arcadiæ, templum Neptuni intrans ex-  
cœcatur. ollad. 160163 80000 11 A 100 m A. 238  
*Aqua Siloa* tropice regem Judee & Benjaminis deno-  
tat, & quare B. 171. proprius rivus est, ex fonte  
Siloa promanans. ib. 172. fluxus ejus lenis iubil-  
litatem regni Judæi significat B. 188. contemptus  
ejus quale peccatum. ibid. 190.  
*Aqua coram Jebova effusa* quid? B. 120. Ebræis fuit  
imago conditionis afflictissimæ B. 128.  
*Aqua instar effusum esse*, qualis formula. B. 129.  
*Ara XII.* deorum an asylum fuerit? A. 145. aræ tem-  
poribus Jephætæ in regione Israelitarum constitu-  
tæ fuerunt passim. B. 98.  
*Arabes scenitæ* veterum Ebræorum mores & insti-  
tuta exacte servant, B. 148. hodie in Arabia & ad-  
iacentibus regionibus sub nomine *Bedum* noti.  
Ibid. 208.  
*Arbores myrræ* atque thuris Arabiæ felicis propriæ  
sunt. B. 278. Testimonia autorum hac de re. ib.

## Index.

279. non solum in regione plana, sed etiam in montibus crescunt. ib. 281  
*Arca fœderis* gloria Israëlis dicta, B. 220  
*Archelaus* Tetrarcha an rex dici possit? B. 252  
*Aristæ de Theodecte* poeta traditio A. 240  
*Aroer* Gaditarum trans Jordanem urbs A. 187  
*Arvieux* (d') Gallorum apud Aleppenses consil. B. 148  
  ejus testimonium de veneratione barbæ apud Arabes ibid. 149.seq.  
*Arx Davidis* ubi sita B. 178. duplēcēm habuit murum B. 179  
*Affyriae* appellatio ad Mesopotamiam quoque in sensu latiori extenditur B. 192  
*Astarta* Venus in Syria culta A. 94  
*Atlas* mōns a Lybiæ habitatoribus pro Deo habetur B. 63  
*Aurum*, quare soli effigiando adhibitum? A. 19. quantæ crassitie fuerit illud, quo templum Judæorum obductum? A. 69. fuit præstantissimum & purgatissimum A. 72  
*Azot* s. *Asthdod* Philistæorum urbs, A. 93. a rege Vlia quidem subversa, nunquam vero in possessionem Judæorum stabilem redacta; ibid. ab Epiphanio vocatur urbs Græcorum seu ethnicorum ibid. B. 81  
*Babel*; nomen unde ortum; A. 12. a Jeremiâ Sesach etiam vocatur A. 48  
*Babylon* fundata ab Assyriis B. 207. duas olim habuit arcæ, B. 210. munimenta ejus nihil aliud sunt, quam muri, turres & arx, B. 209. instructissima etiam fuit templis, palatiis, & ædibus magnificis, ibid. 211. habitatores ejus tam antiqui, quam recentiores magis molles & voluptarii fuerunt, quam bellicosi & fortes ib. 213  
*Babylonici* soli descriptio A. 78-79

## Index.

- Babylonii** viris principibus & nobilioribus nomina dederunt ex diis, A. 10. solem pro summo Numinne habuerunt. ibid. 17. animas post mortem corporis in solem, unde delapsi essent, redire crediderunt. ibid. pro lignis asphalto, seu bitumine utebantur. A.77
- Barbae** læsionem veteres pro ignominia habuerunt summa B. 147. antiqui per barbam jurarunt. ibid. apud Hebræos & Arabes in primis barba in honore fuit. ibid. Caussæ, cur ejus abrasio pro injuria habita, B. 154. 158. barba promissa pro nota animi fortis habita, B. 158. item pro signo libertatis ibid. abrasio ejus Hebraicis lege interdicta erat B.160
- Battologia** ethnica memorabile exemplum A.113
- Belus** Numen Babyloniorum præcipuum, A. 6. seq. Ejus templum. Agri eidem consecrati. Templi redditus. ib. 7. Cultus Beli non in Babylonia tantum, sed vicinis etiam in regionibus viguit. Græci Iovem appellarunt, & quare ib. 8. Deus Nebucadnezaris proprius, hujusque dictus progenitor. ib. 10. Cur deorum numero adscriptus ib. 11. Ejus templum aureis statuis ornatum fuit ib. 16.
- Bellum adversus sanctos. v. persecutio.** A.9
- Belsazar** quid significet B.138
- Bersaba** urbs pro loco sacro habita
- Bestia apocalypticæ** prior, de qua c. XIII. apocalypses agitur, idea esse videtur Herodis Agrippæ, Judæorum regis; posterior vero alicujus principis, a rege illo constitutæ, B. 35. prioris bestiæ characteres in Herodem Agrippam quadrant B.37. posterioris cornua duo agnina quidi; B. 48. prodigia ab ea edita peritiam indicant artis magice, ibid. Bestia, quæ erat, sed non est, denotat Judæorum rem publicam. B. 261. Cur ei octavus locus tribuator, cum tamen ex numero septimi regum dicatur

## Index.

- tur esse. ibid. per decem cornua, in capite ejus visa, partim pontifices, partim synedrii praesides designantur    ibid. 262
- Bethel** urbs antiquissima olim Luza dicta, B. 134. ejus situs ibid. nomen ejus unde ortum? ib. Quare Je-roboamus, Israëlitarum rex, ibi vitulum aureum consecraverit    B. 135
- Bethchan**, Palæstinæ urbs, a Græcis appellatur Scy-thopolis    A. 49
- Bona Dea** sacra apud Romanos a solis feminis peragebantur, A. 238. ea oculis usurpare sine periculo visus viris non licebat. ibid. Ciceronis hac de re testimonium    ibid. 239
- C.
- Cadavera** regum Judæ plororumque ubi sepulta    A. 211
- Canticum graduum** qualis psalmus    B. 58 seq.
- Carmelus** mons Dei nomine appellatus    B. 64
- Carpzovii** (Joh. Benedict.) dubitatio de unctione regum, ad fontem fieri solita    B. 180
- Cassius Nauclerus** a Pelusiotis pro deo cultus    A. 45
- Castor & Pollux** ex Jove & Leda procreati    A. 153
- Ceres** cur Chthonia Dea cognominata A. 148. ejus fanum qui ingredi audet, peculiari lege jubetur occidere    A. 240
- Character** bestiæ apocalypticæ phylacteria notat B. 49
- Christus** quomodo reprehenderit loquacitatem Phariseorum A. 132. cur saepius sermones suos ad mentem hominum imbecilliorum conformaverit B. 24
- Cittim** Hebreis sunt Macedones    B. 202
- Clemens Alexandrinus** opinionibus Orientalium probe fuit imbutus    B. 155
- Clericus** (Joh.) ob nimiam in interpretandis scripturis licentiam notatus A. 53. ejus opinio de Simsonne, portas Gazæ in montem quandam deportante,

## Index.

- te, A. 184. aquam coram Jehova effusam de animo  
pœnitenti exponit B. 119
- Cœli reges* Ophion, Saturnus & Juppiter A. 140
- Cogæonus mons* a Cappadocibus pro Deo habetur,  
B. 63
- Colossus Rhodi* soli facer fuit A. 18
- Columba* insigne Assyriorum A. 39
- Conclusus*; vox hæc perperam de eo exponitur, qui  
captivus detinetur B. 235
- Confesso peccatorum* a Judæis pro signo manifesto a-  
nimis resipiscens habetur A. 130
- Coram Jehova*; formula hæc quid denotet B. 233
- Coronarum gestatio* apud Græcos non solum de hi-  
laritate, sed etiam de luctu testabatur B. 127
- Cramerus* (Joh. Jac.) notatus B. 123
- Creationis historia* cur a litera D potius, quam ab N  
incipiat B. 910
- D.
- Dæmones terrestribus* diis annumerabantur, A. 148 pro  
custodibus hominum & observatoribus habiti, A.  
149. eorum numerum Hesiodus extendit ad XXX.  
millia A. 150. tanto cultus honore non afficieban-  
tur, quanto Dii magni, A. 151
- Danzii* (Joh. Andr.) opinio de supplicio, quo David  
Ammonitas affecit B. 161
- Daphna* Ægypti urbs, vicina Pelusio, A. 40. ornata  
erat palatio regio, A. 41. cur reges Ægypti ibi com-  
morari sueverint ibid.
- David* rex adversus hostes animo fuit truculento, B.  
164. utrum omnes Ammonitas, an vero aliquos  
tantum interficeret, & aliquos exilio multaverit,  
B. 167. an ad fontem aliquem unctus fuerit B. 182.  
quare ad Achimelechum pontificem se contulerit  
B. 216
- Deliciae* Judææ marinæ quid? A. 96
- De-

## Index.

- Demades* ab Atheniensibus ideo graviter mulctatus,  
quia Alexandrum M. diis adscripsit A.143  
*Descendere plagis* an sit phrasis Ebræis usitata? A.35  
*Deus* præsens esse habitus, ubicunque solemniter co-  
leretur B.101. pastoris nomine in sacris litteris pas-  
sim nuncupatur B.225  
*Diana* cur diis terrestribus annumerata? A.147  
*Dictys Cretensis*; ejus locus de ritu foedera pangendi  
apud Græcos & Trojanos usitato B.107  
*Dii καταχθόνιοι* quinam? A.136  
*Dii* apud Græcos in tria distinguebantur agmina, in  
cœlestes, terrestres, & inferos A.137. Dii marini sub  
terrestribus comprehenduntur, A.139. Dii immor-  
tales non diversi sunt a cœlestibus A.138. deorum  
cœlestium nomina varia A.139. numero erant XII.  
unde simpliciter dicti *οἱ δώδεκα*, A.141. a Græcis  
junctim culti, & aris, picturis, statuis atque tem-  
plis honorati. A.145. 146. Terrestres dii quinam?  
A.147. Dii adscriptitii A.162. Inferi ex inscriptio-  
ne quadam antiqua recensiti. A.165. Quis cultus  
his præstitus, & quæ templo dedicata A.168. pro aris  
scrobes illis effossæ, & cavernæ subterraneæ A.171.  
interdum tamen & aræ ex cespite eisdem colloca-  
tæ A.172. victimæ nigrae iis immolabantur A.174.  
Dii tutelares quibus nominibus apud Græcos &  
Latinos insigniti, B.66. plures interdum uni regio-  
ni præfecti; ibid. Illos somnum interdum capere  
crediderunt gentes ibid.67  
*Discipulorum* Christi præjudicium de evangelio solis  
Judæis annunciendo A.229  
*Dives & impius* an sint synonyma? A.219  
*Divitiae* impedimentum in studio pietatis A.220.221  
*Doeg* cur a quibusdam pro Idumæo habeatur? B.221.  
fuit ex Adurnimini, urbe Benjaminitica, oriundus B.  
222.

## Index.

222. quam dignitatem gesserit, cum dicitur præfetus pastorum? B.224. Conjecturæ, cur in atrio tabernaculi commoratus, & coram Jehova conclusus dicatur B.236. seqq
- Donaria** in templo suspendi siveverunt juxta portam Sancti B.234
- Dora**, urbs Phœnicia, possessionis Judaicæ non fuit A. 86. seqq. a quo nomen suum traxerit? ib. 87. habuit olim proprios reges. ib. Antiochus Epiphanes in illa templum Jovi Olympiaco exstruxit. ib. Pompejus ei autonomiam concessit. A. 88. Hinc in numinis etiam sacra, inviolabilis, & suis legibus utens cognominatur. Dicitur quoque Navarchis. ib.
- Dura** fuit urbs munita præfecturæ Babylonicae A. 28. a Ptolomæo vocatur Duraba A. 29. Iocanda est ad ripam Euphratis australiēm haud procul Babylonem. ibid. Judæorum de valle Dura traditio A.30  
E.
- Effusio aquæ coram Jehova** signum animi dolentis & pœnitentis, B. 122. an in felio tabernaculorum fuerit symbolum gaudii? B.126
- Egressus & ingressus** in scripturis omnes vitæ actus publicos privatosque designat B.73
- Elementi** vocabulum, quot significatus habeat B. 86.
- Elementa mundi quid? B.76
- Empereur** (Constantinus L') notatus B.123
- Eponymi** quot numero? A.156
- Euphrates** in sacris litteris fluvius vocatur *νατ' ἐξοχὴν* B.191. Exundatio ejus sub solstitium æstivum contingebat B.194
- Exercitus** cur in sacris literis gloria dicatur, B.196. fusus apud Latinos denotat exercitum profligatum & prostratum B.129
- Extrema terræ**; per ea designatur Galilæa, regio Judææ terræ ad septentrioneū extrema, A.225. illustratur hoc

## Index.

- hoc simili locutione ex profanis scriptoribus, A.  
229. non excluduntur tamen ex mente Christi re-  
giones longissime dissitæ A.231  
F.
- Fabula* de origine festi S. Michaelis B.56  
*Fana* ac delubra cur in montibus maxime apud gen-  
tes fuerint exstrui B.62  
*Fartach* regnum. v. *Abasa*.  
*Ferire fædus* v. *scindere*.  
*Festum Michaëlis* originem suam superstitioni de-  
bet B. 56  
*Filii Hierosolymæ* quinam? B.18  
*Fædus* quo ritu apud Ebraeos fuerit initum? B.105  
106 quem morem in eo pangendo Romani ob-  
servaverint B.108 fædus Israelitarum cum Syris  
significatur per gaudium cum Retzine B.190  
*Fons Siloe* v. *Siloa*.  
*Formula*: coram *Johova* de quibus adhibetur  
B. 99 seq.  
*Frigus nocturnum* quid in scripturis denotet B.72  
G.  
*Galilæa* situs & conditio ex Josepho A.227  
*Gaza* Philistæorum urbs A. 94 quot miliaribus ab  
Hebrone absuerit? A.189  
*Gemara* v. *Talmud*.  
*Gematria*. Nomen unde ortum? B. 20 In quo  
consistat. Nonnulla eius exempla. Ibid. II. Au-  
toritas eius apud Judæos fuit summa. ibid. 14. Qua-  
re ab apostolo Paulo in subsidium adhibita, & quo-  
modo B. 15  
*Gentes* cur in scriptura sacra cum flaviis comparen-  
tur B.197  
*Gichon* ubi situs B.178. Duo fuerunt Gichones, su-  
perior & inferior B.179  
*Gileaditis* modo late, modo stricte sumitur B.93  
Gil-

## Index.

- Gilgal** urbs variis ex caussis celebris B. 136  
**Glaucus**, Deus marinus A. 138  
**Græci** fluvios & fontes sub specie humana repræsentantur B. 199  
**Grotii** (Hug.) sententia ejus de auro obscurato notatur, & confutatur A. 66. Aquam coram Jehova effusam ad mentem Rabbinorum explicat de lacrymis B. 119
- H.
- Habere aliquem in ore** apud Homerum idem est, quod maledicere A. 64  
**Heliopolis**, urbs Ægypti, quibus nominibus in sacrificiis litteris designetur A. 48  
**Hercules** ex Jove & Alciumena genitus A. 153 cur ab Ovidio claviger cognominatus A. 201  
**Herodes Apgippa** quas terras possederit B. 37. in eum quadrant omnes characteres bestiæ apocalypticæ. ibid. quomodo a Photio appelletur B. 38 quos fortunæ adversæ casus expertus. ibid. a Judæis summa veneratione honoratus B. 40. Christianos omnibus modis in gratiam Judæorum vehementer persecutus est B. 41  
**Herodes, Agrippa Majoris frater**, quare rex Chalcidis dictus B. 254 a Claudio imperatore quæ iura acceperit. ibid. sumin apud hunc Imperatorem floruit gratia, sicut apud Judæos auctoritate. ibid. 255. 256. Diu non regnavit ibid. 257  
**Herodes M. an** & quare Davidi monumentum exstruxerit A. 216. 217  
**Heroes** quales dii? A. 138. quo gestu in precibus ad deos cœlestes usi? ibid. semidei dicti, & diis terrestribus annumerati A. 152. partim ex Deo quodam partim ex homine præclaro credebantur geniti, A. 152. majoris staturæ fuisse reputati sunt, quam mortales ceteri. A. 154. Eoruū artas duplex. ibid. Habi-

## Index.

- Habitan animo securo in beatorum insulis. A. 155.  
Heroum nobiliorum nomina. ibid. Atheniensibus  
peculiares erant heroes decem eponymi , ex qui-  
bus tribus eorundem nomina sortitæ A. 156. Ho-  
rum ad statuas leges noviter ferendæ proponi so-  
lebant. A. 157. vocabulum herois non usurpatur ni-  
si de viro , vel fortiter se gerente in bello , vel res  
civiles prudenter administrante. B. 224. Heroes post  
mortem non immortalitatem solum, sed naturam  
quoque divinam induere putabantur , A. 157. ho-  
noribus etiam culti divinis , minoribus tamen ,  
quam dii coelestes. A. 161. tempa illis exstructa ,  
positæ aræ & statuæ , sacrificia etiam oblata. A.  
159. 160, quidam etiam in numerum deorum  
cœlestium relati , & æqualibus honoribus culti A.  
162. Antiqui clavis non ligneis solum, sed etiam  
ferreis pro armis utebantur A. 201  
*Hierocles* confutatus A. 164  
*Hiram*, Tyriorum rex, quid Salomoni promi-  
serit A. 91  
*Historici sacri* ob brevitatem suam lectorem requi-  
runt, qui ex natura rei, de qua agitur, res colli-  
gere novit circumstantes B. 114  
*Hora prectionis* quænam apud Judæos *νατ' ἐξοχὴν*  
ita dicta. A. 107. Hora una in Apocalypsi tempus  
notat breve, spatium circiter XX. annorum  
B. 264  
*Huetii* (Petr. Dan.) explicatio epigrammatis aliquius  
Græci B. 27, 28
- I
- Jacob* sepulchro Rahelæ uxoris suæ statuam impo-  
suit A. 214  
*Jamnia* seu *Jafne*, Philistæorum urbs, a rege *Vſia*  
mœnibus privata. A. 92. Philonis Judæi locus de  
V hac

## Index.

- hac urbe. Ibid. tam a gentibus, quam a Judæis  
junctim inhabitata A. 93
- Jephtha* principatum a Gileaditis in præmium con-  
fecti belli Ammonitici accipit, & pactum jure-  
jurando solemniter confirmari curat B. 92
- Jeremias* scatet locutionibus ellipticis A. 53
- Ihsus*, Trois filius, palladium incendio erupturus, visu  
privatur, eundem tamen postea, placato Numine,  
recipit A. 237
- Impius & dives* an stilo scripturæ sint Synonyma ?  
A. 219
- Infantia* a Paulo dicitur status sub Judaismo B. 88
- Interpretatio Scripturæ* allegorica tempore Pauli  
apud Judæos erat usitatislima. B. 4. Hujus apud  
veteres Judæos modi erant varii. ibid. 5. aliqua  
ejus exempla ibid. 6. 7
- Interpretes LXX.* erroris arguuntur B. 143
- Ioas̄us* quare ad fontem unctus B. 183
- Jonathanis* (interpret. Chald.) opinio de aquæ co-  
ram Jehova effusæ significatione B. 117
- Jonathan Maccabæus* ab Apollonio provocatus con-  
fligit cum eo prope Joppen A. 90
- Joppe* urbs Phœnicum, non Judæorum A. 91. tem-  
pore Hasmonæorum aliquoties a Judæis occupa-  
ta, sed etiam rursus amissa. ib. Judæ Maccabæi tem-  
pore CC. Judæi eam inhabitarunt, qui vero a ce-  
teris habitatoribus in naves per dolum allecti, &  
aquis mersi sunt ibid
- Jos̄ephi* (proregis Ægypti) uxor ex qua urbe ori-  
A. 47
- Jos̄ephus* (scriptor Judaicus) quomodo fabricam ta-  
bernaculi Moysi allegorice explicet. B. 7. ejus de  
Judæorum regione, ad mare non sita, locus A.  
83. An hoc vere scribere potuerit ? A. 96.
- Judæi* quas urbes tempore Jeremias in Ægypto in-  
habita-

## Index.

- habitaverint. A. 38. quos labores serviles in exilio sustinuerint. A. 74. non habuerunt urbes ad mare sitas. A. 84. cur capite demisso orent A. 125. in precibus ad Dei noinen vultum erigere solent A. 126. quæ mysteria in prima Genefeos voce quærant. B. 9. cur excæcari tradant eum, qui manus adspiciat sacerdotis, formulam benedictionis solemnem recitantis, A. 234. Origo huius opinio-  
nis, ib. 235. quomodo cum hodiernis sit disputandum? B. 23. autoritatem doctorum suorum pro regula veritatis agnoscent. B. 24. an gaudia cum jejuniis conjunixerint? B. 128. Cum in synagogis jurant, stringuntur fortius, B. 143
- Judaismus* similis est ædificio inchoato. B. 89. cur dogmata ejus dicantur elementa mundi B. 76.88
- Judas Maccabæus* qua pœna perfidiam Joppensiū ultus A. 92
- Judicium*. Confuetudo illud in locis sacrīs celebrandi unde orta? B. 138. Areopagiticum in loco dabatur templo Eumenidum vicino; ad quod templum ante caussæ disceptationem jusjurandum dare cogebantur actor & reus B. 142
- Jupiter* a gentilibus stando invocatus. A. 112
- Jurantes* apud populos Orientales aram tenere solebant B. 112. Aliqua hujus ritus exempla ibid. 113
- Jusjurandum* cur a Judæo in synagoga præstandum B. 143
- K**
- Kimchi* (R. David) opinio de aqua coram Jehova effusa B. 117
- L**
- Labium diductum* quid significet A. 61
- Leges*, noviter ferendæ, apud Athenienses ad statuas heroum proponebantur, A. 157
- Leonidas Alexandrinus* apud Græcos excoluit stu-  
dium V 2

*Index.*

- dium τῶν ἰσοψήφων, B. 27  
*Levanon* vox, qua templum insignire consueverunt  
veteres Hebræi B. 287  
*Levi* (R. Ben Gerschom) quid per aquam coram  
Jehova effusam intelligat B. 117  
*Ligni* notio quam late pateat. A. 75. magna ejus in  
Babylonia fuit raritas ibid  
*Litteræ* & elementa quomodo apud Græcos differ-  
rant B. 20  
*Ludi* solennes Diis voto promissi, & quare B. 274  
*Luna* quo sensu ferire dicatur, B. 70. Cur ei frigus  
nocturnum attribuatur? Ab ea morbos provenire  
*Milesii* crediderunt ibid
- M
- Magdolum*, urbs Ægypti, ubi sita A. 40  
*Malathæ* castellum Idumææ B. 38  
*Manere*; quo sensu hoc verbum in Apocalypsi oc-  
currat B. 260  
*Manubiarum* primitiæ cur a gentibus Diis oblatæ  
A. 24  
*Mare mediterraneum* an sit limes terræ Israelitice  
occidentalis A. 81  
*Memphis*, regia sedes in Ægypto A. 40. 41  
*Mercurius* an sit ad deos inferos referendus. A. 166  
quare ductor nuncupatus. ibid. 167. a Plutarcho  
vocatur Proserpina contubernialis ibid. 168  
*Mitzpa* nomen pluribus urbibus commune, & qui-  
busnam B. 94. Vrbes, quæ hoc nomen gerebant,  
sitæ erant in montibus & quare? ib. 96. Mitzpa  
in Benjaminitide unde claritatem adepta. B. 97. ibi  
comitia populi Judaici habebantur B. 136  
*Mohammed* quare a barba radenda abstinuerit B. 149  
*Mohammedani* orant capite demisso, sicut Judæi. A.  
125. faciem suam inter orandum ad templum  
Meccanum dirigunt, A. ibid.  
*Mons*

## Index.

- Mons Oliveti* quot stadiis ab Hierosolymis absuerit A. 185  
*Montes pro diis habiti atque culti, & quinam?* B. 63  
*Moria mons apte dici potest mons myrrhae, & quare B. 284. 285.* Nomen affine est voci *Mor*, quæ myrrham denotat. ib. 286. idem mons dici quoque potest collis thuris ib. 287  
*Motitare caput* quid apud Hebraeos significet. A. 58.  
Illustratur hujus formulæ significatio parallelismo scripturæ A. 59  
*Mundi* vocabulum multiplices habet significatus B. 76. interdum solam denotat Judæorum terram, & quare. ibid. 77. interdum, etiam ipsos Judæos B. 81  
*Myrrham* atque *thus* unde Judæi acceperint B. 282  
  
**N**  
*Navarchus* quis, & quale ejus officium, A. 88  
*Nebo* mons ubi situs A. 187  
*Noba* ubi sita, B. 217. memorabilis in primis fuit ob tabernaculum Mosaicum, quod Silunte istuc translatum per XIII. annos ibi substitut B. 218. 220. Hinc etiam urbibus sacerdotibus annumerata ibid  
*Nomen*, ad quod referendus est numerus DCLXVI, hebraicum esse debet, non græcum, aut latinum, B. 34.  
  
**O**  
*Oculos tollere ad montes* quid significet B. 62  
*Oodorari munus* an idem sit, ac preces exaudire? B. 269. Quis genuinus hujus formulæ sensus? ibid. 270  
*Orantes* apud Judæos faciem ad adytum templi convertebant A. 127  
*Orare cur Judæi in templo maluerint, quam in ædibus* A. 108  
  
**V 3** *Orien-*

## Index.

- Orientales* habent ingenium ad fævitiam proclive,  
B. 164. Hostes bello captos pecorum loco habe-  
bant, & in eos quidvis sibi licere putabant. De  
illorum actionibus ex nostris moribus non est iu-  
dicandum ibid.
- Oves* homines interdum dicuntur, Dei imperio tub-  
jecti, B. 225
- Ouranionæ* apud Homerum quinam A. 139
- P
- Palestina* arboribus myrriferis & thuriferis caret  
B. 284
- Palladis simulacrum* apud Græcos nudum adspicere,  
nemini, qui oculos cuperet incolumes, fas erat.  
A. 235. Quare id non fuerit licitum A. 237
- Parabola* quid. A. 101. Modus docendi per parabo-  
las Christo & doctoribus Judaicis fuit usitatissi-  
mus. ibid. An parabola de Phariseo & publicano  
vere gesta res sit? ibid. 102
- Pastores* apud Hebræos, Græcos, & Latinos prin-  
cipes & reipublicæ proceres dicebantur, & quare,  
B. 224. testimonia auctorum hac de re B. 230 seqq.
- Pelaim* quale nomen, A. 33. an vim adverbii habeat,  
& idem sit, quod mirabiliter. ib. 34. Est nomen  
proprium loci cuiusdam A. 35. Eo designatur Pe-  
lusium, A. 42
- Peleus* an Pelusium condiderit? A. 44
- Pelusium* Ægypti propugnaculum amplissimum, A.  
41. olim Abaris dictum. ibid. Situm erat ad ostium  
Nili Bubastici. ib. 42. Ejus ambitus. ib. 43. De  
origine ejus nominis variæ auctorum sententiae  
ibid. probabiliter ex viro quodam Ægyptio illustri  
nomen suum traxit. ib. 45. Græci originem urbis  
juxta ac nominis falso sibi tribuunt. ib. 46. Apud  
Ezechielem vocatur Sin, & quare. ibid. 48. Synec-  
dochice etiam de universa Ægypto accipitur, ib. 50
- Perse*

## Index.

- Persæ* montibus consensis precabantur, & rem sacram faciebant, B. 64  
*Persecutio* Christianorum in scriptura sacra dicitur bellum adversus sanctos B. 41  
*Pharao Chophra* rex Ægypti apud profanos scriptores appellatur Apries A. 36.  
*Pharisæi* cur cibos & potionem immundas contemnerint. B. 83. quos homines pro immundis habuerint. ib. 84. proprium illorum quodnam. A. 119. Phariseus precans in quo loco templi steterit A. 120.  
*Philippos Maceo* arrogat sibi honorem divinum A. 148  
*Philonis* (Judæi) locus de mixtura divinæ & humanæ naturæ in heroibus. A. 153. ejusdem allegorica interpretatio specierum, ad suffitum sacrum conficiendum necessiarum B. 6  
*Philosophiæ* Pythagoricæ & Platonicæ decreta a Judæis ad oracula divina adplicata B. 6  
*Phineus* vates propter enunciata Deorum consilia excæatus A. 240  
*Piscina Siloa* apud Nehemiam appellatur piscina Schelach, B. 185. Josepho piscina Salomonis dicitur. Vbi sita ibid  
*Planètus* ab Ægyptiis in lucu adhibitus A. 129  
*Pluto*, princeps Deorum inferorum, ab Hesiodo Jupiter infernus vocatur A. 165  
*Populus*, qui spernere dicitur aquam Siloæ, Israeliticus est. B. 189. Hoc nomine in sacra scriptura saepius tantum designantur proceres B. 165  
*Porta montis* templi quæ B. 140. porta piscium ubi sita B. 179  
*Præfectura Babylonica* quos habuerit terminos A. 28  
*Preces* cur tempore suffitus vespertini potissimum fundendas statuerint Judæi. A. 105. Sanctorum in N. T. suffimenta vocantur, A. 106. pleræque apud Judæos stando siebant, & quare. A. 110. nec non

## Index.

- non pedibus arcte conjunctis. ib. III. Judæi eas a Dei nomine incipiebant, & epitheta Dei in iis cumulabant. ib. 113. in varias a Judæis dividébantur species ib. 114. a Phariseo murmurabantur, & quare? ib. 115. 116. Consuetudo murmurandi preces unde originem traxerit A. 117. Preces Pharisæi arrogantia erant plenæ                              ibid
- Procurator mysteriorum* apud Athenienses quis dicitus                              B. 264
- Protectio divina* comparata cum umbra                      B. 69
- Proteus Deus marinus*                                      A. 138
- Providentia Dei* erga Judæos ab exteris etiam agnita, B. 68. Ejus assidua meditatio pietatem alit, & tranquillitatem adfert animo                              B. 55
- Psalmi* quinam in festo tabernaculorum a Levitis voce canora recitati,                                      B. 58, 61
- Psalmus CXXI.* spectat ad gentem Judaicam universam, B. 61. quando compositus, quomodo a Levitis recitatus, & quodnam argumentum tractet                              ibid. 62
- Publicani* quinam? & cur Judæis exosi. A. 104. publicanus precans a Christo non tanquam gentilis, sed tanquam Judæus introducitur A. 103. in quo loco templi steterit                                      A. 120
- Punctorum vocalium* apud Hebræos an tanta sit autoritas, ut pro norma omnis interpretationis haberi debeant?                                      A. 223
- R
- Rabba Ammonitarum metropolis*                              A. 187
- Rama* urbs, cur Ramathaim, & Ramathaim Zophim dicta, B. 137. Ejus situs. A Samuele ibi altare Jehovæ positum                                      ibid
- Raphia Idumæorum* urbs unde claritatem adepta. A. 95 ab Alexandro Jannæo diruta, & a Gabinio instaurata    ibid
- Reges*

## Index.

- Reges* Judæorum quare ad fontem Gichonis uncti,  
B. 180. cur cum aqua Siloæ ab Esaia comparentur.  
B. 187 a Jeremia pastores dicuntur. B. 225. in N.T.  
quilibet princeps rex vocatur. B. 78. Reges se-  
ptem, quorum mentio sit in Apocalypsi, fuerunt  
e familia Herodiana. B. 249. Nomina illorum.  
ibid. An singulis tribui posuit regius titulus? ib. 252.  
Nomen regis interdum etiam Judæorum pontifi-  
cibus & synedrii præsidibus tribuitur, ob similitu-  
dinem potestatis & autoritatis                      ibid. 263
- Regio* Judæorum, quæ cis Jordanem, quomodo di-  
visa    A. 226
- Rei* coram principe aut magistratu demisso capite  
comparere debebant                                    A. 126
- Relandi* (Hadr.) opinio de Simione portas Gazæ in  
montem quandam deportante,                        A. 184
- Rhinocolura* ubi sita. A. 95. primum a prædonibus,  
quos Actifanes Æthiopum rex eo relegavit, po-  
stea a Phœnicibus inhabitata                        ibid
- Ritus* standi inter preces a Judæis ad primos Christia-  
nos pervenit, A. III. tundendi pectus unde? A. 129
- Rivus* Siloæ totam fere fedem regiam ambiit. B. 187
- Rogel* fons ubi situs                                    B. 183
- Rugitum* edere quid significet                        A. 61
- Russi* quo in honore barbam habeant                B. 159
- S**
- Saba* ubi sita    B. 281
- Sacra* cur in locis excelsis a Judæis peracta    B. 97
- Sacrificium* Deo offerre confieverunt Hebræi in in-  
auguratione novi principis, & quare                B. III
- Salomo* (Isaacides) aquam coram Jehova effusam in-  
terpretatur de signo hominum, demisse de seipsis  
sentientium    B. 117
- Salomo* (Rex) in gratiam uxorum alienigenarum  
Moabitarum Deo exstruxit altare                A. 186
- V 5**    *Samuel*

*Index.*

- Samuel* quare Bethele, Gilgale, Mitzpæ & Ramæ  
Israëlitis jus dixerit B. 133
- Sancti* in Apocalypsi Johannis quinam B. 40
- Sanctuarium templi* cur cœli nomine interdum in-  
signitum A. 127
- Sanguis federis* quid. B. 110. Effusio sanguinis in  
fœdere feriendo apud Ebræos fuit usitata. B. 109. 110
- Sapientia* in Apocalypsi denotat Kabbalam B. 22
- Saulus* (rex Judæorum) in multis actionibus suis  
religionis speciem affectavit B. 276
- Scapus* quid? A. 75
- Sceptrum Jovis*, a Vulcano fabricatum, erat cupres-  
tinum, & variis metallis exornatum, A. 193. sce-  
ptræ olim ex ligno, ebore, auro & argento, non  
vero ex ferro fieri solebant. ibid. Romæ triun-  
phantes eburneum gestabant. A. 194. Quis sceptri  
apud antiquos usus. A. 196. seq. Ejus elevatio re-  
gibus antiquis erat jusjurandum, A. 198
- Scindere fœdus*, formula hæc unde orta B. 109
- Scriptorum V. T.* consuetudo erat, Deum veruin  
cum diis gentium ita comparandi, ut longe his  
ille anteferretur. A. 177. Quem morem Paulus  
etiam in N. T. sequitur ibid
- Secare jusjurandum*, frequens Homero locutio, un-  
de ortum traxerit B. 109
- Semiramis* secundum Ctesiam prima reipublicæ  
Babylonicae iecit fundamenta, B. 207. condidit  
Babylonem in gratiam eremitarum ibid. 208
- Sepulchra patrum* quænam? A. 211. Hebræi sepul-  
chra hominum nobiliorum cippis & monumen-  
tis magnificis insignire solebant, & quare A. 213
- Sermonis* prophetici obscuritas saepe tolli potest, si  
ad gestus, cum quibus prolatus fuit, attendatur,  
B. 206
- Serræ supplicium* apud Orientales non fuit infrequens  
B. 162

## Index.

- B. 162. Hunc morem in puniendo Romani etiam  
imitati sunt B. 163
- Servis* cur barbam alere non fuerit permisum? B. 158
- Sidon*, urbs Phœnicum, numquam ab Aferitis oc-  
cupata, A. 84
- Silas*, minister Herodis Agrippæ fidelissimus, ab illo in  
vincula conjicitur, & a fratre ejus occiditur, B. 45
- Siloæ* fons ubi situs. B. 172. 173. olim Gichon quo-  
que appellatus B. 176
- Simon Cantheras* ab Herode Agrippa pontifex ma-  
ximus constitutus, B. 51
- Simeon (Rabban)* præses synedrii magni ante excidium  
Hierosolymitanum extremus, B. 33. Quis nu-  
merus ex hoc nomine per artem gennatricam prô-  
veniat. ibid. An aptari huic Simeoni possint cha-  
racteres singuli bestiæ posterioris apocalypticæ,  
B. 47. Duplex gessit munus, præsidis scil. syne-  
drii, & rectoris academiæ Hierosolymitanæ, ibid.  
Insignis fuit magus. ibid. 48
- Simson*, quare portas *Gazæ* in montem quandam  
deportaverit A. 188
- Simulacrum* Nebucadnezaris aureum Deum aliquem  
repræsentavit, A. 5. Ejus altitudo & latitudo.  
ibid. 20. Intus fuit cavum, & forma humana  
prædictum. ib. 21. quo tempore erectum. ib. 22.  
Occasio illud fabricandi. ib. 23. Quare a Nebu-  
cadnezare dedicatum. ibid. Eo proceres abusi  
sunt ad perniciem Judæis inferendam ib. 26
- Sinai* mons quomodo respondeat Hierosolymæ. B. 18
- Sol* apud Babylonios vocatur *Bel*, A. 17. 18. cur a  
Græcis *χειροκόπις* dictus, ib. 19. quo sensu ferire  
dicatur, B. 70
- Stimulus* bovis quid A. 204
- Suffitus* apud Judæos quotidie bis siebat A. 107
- Summus*

## Index.

- Summus regionis*, quisnam ex diis tutelaribus ita dictus  
B. 67
- Supersticio* interdum occasionem dedit institutis præclaris,  
B. 56
- Surge* in sacris litteris verbum excitantis est, ad rem  
alacriter aggrediendam B. 203
- Synagogæ* antistites a Judæis Parnasim, h. e. pasto-  
res, appellantur B. 229
- Synedrium* Judæorum quare conventus suos in tem-  
plo celebraverit B. 139. seqq.
- T**
- Tabernaculi atrium*, æque ac postea templi atria,  
conclavia habuit, usibus variis inservientia, B. 235
- Talmud* abundat expositionibus allegoricis B. 8
- Tarquinius Priscus*, Romanorum rex, quali sceptro  
ufus A. 195
- Templi Hierosolymitani* parietes intrinsecus auro  
obduci erant A. 67. 68
- Templum Eumenidum* cur juxta Areopagum exstruc-  
ctum A. 170
- Terræ vox*, cum articulo præfertim conjuncta, fa-  
pe solam significat Palæstinam, A. 228
- Thebae*, Ægypti superioris metropolis, a Græcis ut  
plurimum Diospolis appellatur, A. 49
- Theseus*, rex Athenarum, clava ferrea usus est loco  
armorum A. 201. seq
- Thetis*, Dea maris, A. 138
- Thus*, quod ad suffitionem in templo adhibebatur,  
quale B. 287
- Tibiæ* usus apud Judæos æque in rebus tristibus ac  
in lœtis obtinuit B. 126
- Tiresias* vates cur visu privatus A. 236
- Trepidantes* quinam apud Lacedæmonios dicti, B. 158
- Tribulis ferreis* lacerare corpora inter Orientales  
fuit usitatum B. 162
- Triton

## Index.

- Triton* Deus marinus, A. 138  
*Turris Stratonis* a Græcis condita, & ab ethnicis  
semper inhabitata, A. 89. ab Herode mirifice in-  
staurata, & in honorem Augusti Cæsarea appellata.  
ib. 89. Quid appellatione turris designetur.  
ibid. not. 9. In ea inter ethnicos & Judæos de ju-  
re civitatis, ex æquo participando, gravis fuit  
contentio, & quare. ibid. Vocatur a Josepho  
urbs Judææ maxima A. 90

### V

- Vaillantius*; ejus locus de fluvii apud gentes sub  
specie humana repræsentatis B. 200  
*Vellere barbam*, proverbium hoc unde ortum B. 147  
*Verba fœderis*, B. 112  
*Victimæ* cur ab Hebræis ante prælium Deo oblatæ  
B. 102  
*Visiones Apocalypticæ* Johanni non uno tempore,  
sed per intervalla repræsentatæ sunt B. 246  
*Vitrinæ* (Campepii) judicium de Apocalypsi, B. 33  
*Umbra* apud Latinos scriptores interdum ponitur  
pro tutela, B. 70  
*Vota* apud gentes superstitiosas tacite concipieban-  
tur, A. 65. Ea ante expeditionem adversus ho-  
stes de sacrificiis Numini offerendis nuncupare,  
tam apud Hebreos, quam apud Græcos & alias  
gentes in usu fuit B. 271  
*Urbes maritimæ* in tribu Aseritica, A. 84. quæ ad  
australes Palæstinæ fines sitæ A. 88  
*Urbs magna*, cuius mentio sit in Apocalypsi, non  
alia est, quam Hierosolyma. B. 248. Id quod  
rationibus probatur. ibid  
*Vxores* plures ac pellices alere apud Orientales cri-  
mine vacat B. 164

### Z

- Zedekias* (Rex Judæorum) quare auxilium petierit  
ab Ægyptiis contra Babylonios A. 36.

*Errata typograph. extantiora.*

- P. VII. & VIII. pag. 48. l. 6. *lege locum*. p. 52. l. 12. *ἀποσιωπήσεις*. p. 56. l. penult. & ult. *motio*. p. 91. l. 11. *Tyriorum*. p. 99. l. 28. *conflictui*. p. 101. l. 27. *Theologico*. p. 224. l. 12. *observantissimus*. p. 228. l. ult. *gregique*. p. 233. l. 4. *infere post vocem servantur*, ducentibus.
- P. IX. & X. p. 14. l. 1. *sensum*. l. 2. *longe*. p. 33. l. 3. *Doctor*. p. 37. l. 19. *sanatum*. p. 42. l. 3. *diauta*. p. 75. l. 1. *Verbum*. p. 94. l. 6. *Jordanem*. p. 108. l. 8. *filice*. p. 159. l. 21. *proprium*. p. 270. & 271. *erratum est in paginarum numeris*.









Oel 302<sup>a</sup>

3

Vor 18

**ULB Halle**  
006 378 196

3



Me



# Farbkarte #13



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

JO. GOTHOFR. LAKEMACHERI  
GR. ET ORIENT. LINGV. PROF. ORD.  
**OBSERVATIONES  
PHILOLOGICÆ**

2

QVIBVS  
VARIA PRÆCIPVE S. CODICIS  
LOCA EX ANTIQVITATIBVS

ILLVSTRANTVR

*PARS IX. ET X.*

ACCEDVNT INDICES IN PARTES IV.



HELMSTADII  
IMPENSIS CHRIST. FRIDER. WEYGANDI  
MDCCXXXIII.